



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De Baptismo aduersus Quintillam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Ceterum praterquam quod stylus libri huius ita Auctorem redoleat, ut dubitandi non sit locus; certe à B. Hieronymo Catal. Script. Eccles. in Luca, citatur ex Tertulliano locus, de Periodis Pauli & Teclae; nempe Presbyterum quendam in Asia coegerat Apostoli Pauli, coniunctum apud Ioannem, quod Auctor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse. quod iisdem penè verbis reperire est huius libri de Baptismo capite xvij. Adludit idem Hieronym. epistol. 83. ad Oceanum, agens de plena peccatorum in Baptismo remissione, ad verba illa primi capititis: Quædam de Catana hæresi vipera; immò ibidem integræ ferè 3. & 9. huius lib. capita descriptis. Hrabanus quoque noster lib. 1. de Institut. cler. cap. 3. multa desumptis ex cap. 8. & 9. Ante verò hæresin omnem conscriptum vel inde constat, quod aduersus Quintillam conscriptus sit, que Montani insaniam secuta, etiam hunc errorem de Baptismo sparsit; sicuti Adnotationib. nostris latius infra numeris 2. Edidit hunc primus Gagneus Parisiensis Theologus, & postea etiam multis in locis castigavit ex Britannico Lelandi codice Sigismundus Gelenius. Nunc verò quum aliquot etiam loci à nobis iuxta sententiam Dominorum Latinij & Harrisij restituti sint, reliquis mederi non licuit sine M.S. codice, sed conjecturas quasdam Adnotationibus nostris, quas cum Argumento hoc recens adiicimus, interiecimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI, DE BAPTISMO ADVERSUS
¹ Quintillam Liber.

DO LIX³ sacramētū aquæ nostræ, quia ablutis delictis pristinæ cæcitatatis, in vitâ æternâ liberamur. Nō erit otiosum digestū istud, instruens tam eos qui cùm maximè formantur, quā & illos qui simpliciter credidisse cōtent, non exploratis rationibus traditionum, intentatam probabilem fidem per imperitiam portat; atque adeò nuper conuersata istic⁷ quædam de Catana hæresi vipera venenatissima doctrina sua plerosque rapuit, imprimis baptismum destruens planè secundum naturam: ⁸ nam ferè viperæ, & aspides, ipsique reguli serpentes arida & inaquosa sectantur.⁹ Sed nos pīsciculū secundūm nostrū Iesum Christum ¹⁰ in aqua nascimur. Nec aliter quā in aqua permanendo salu sumus. Ita Quintilla monstrofissima, cui nec integrè quidem docendi ius erat, optimè norat pīsciculos necare, de aqua auferens. ¹¹ Sed enim quanta vis est perueritas ad fidem labefactandam, vel in totum non recipiendam, vt ex his eam impugner, ex quibus constat. Nihil adeò est quod obdureret mentes hominum, quā simplicitas diuinorum operum quā in actu videntur, & magnificientia quā in effectu reprobantitur: vt hīc quoque quoniā tanta simplicitate sine pompa, sine apparatu nouo aliquo, denique sine sumptu homo in aqua demissus, & ¹² inter pauca verba tinctus, non multo vel nihil mundior resurgit, eo incredibilis existimetur consecutio æternitatis. Mentior si non econtrariò Idolorum solemnia vel arcana de suggestu & apparatu, dēque sumptu fidem & auctoritatem sibi extruunt. Prō misera incredulitas, quā denegas Deo proprietates suas, simplicitatem & potestatem. ¹³ Quid ergo? nōne mirandum & lauacro dilui mortem? Atquin eo magis credendum, si quia mirandum est, idcirco non creditur. qualia enim decet esse opera diuina, nisi super omnem admirationem? Nos quoque ipsi miramur, sed quia credimus. Ceterū incredulitas miratur, non credit. Miratur enim simplicia quasi vana, magnifica, quasi impossibilia. Et sit planè vt putas, satis

Qq iii

JILLIAN,
statim onibus
CLII.

V
6.

1. Cor. 1. ad vtrumque diuina pronuntiatio præcucurrit. Stulta mundi elegit Deus¹⁴ vt confundat sapientiam eius,¹⁵ & prædifficilia penes homines, facilia penes Deum. Nam si Deus & sapientia & potens, quod etiam prætereunte cum non negant, meritò in aduersariis sapientiae & potentiae, id est in stultitia & impossibilitate materias operationis suarum instituit. Quoniam virtus omnis ex his causam accipit, à quibus prouocatur. [16] Huius memoris pronuntiationis tanquam præscriptionis, nihilominus quam stultum & impossibile si aqua refomerari tractamus, quid vtique ista materia tantæ dignationis meruerit officium, vt opinor, auctoritas liquidi clementi exigenda est. Atquin plurim suppetit, & quidem à primordio. Nam unum ex his est, quæ ante omnem mundi suggestum impolita adhuc specie penes Deum quiescebat.¹⁷ In primordio (inquit) fecit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebra erat super abyssum,¹⁸ & spiritus Dei super aquas ferebatur. Habes homo in primis ætatem venerari aquarum, quod antiqua substantia; deinde dignationem, quod diuini spiritus sedes, gratior scilicet ceteris tunc clementis. Nam & tenebra totæ adhuc sine cultu siderum informes, & tristis abyssus, & terra imparata, & colum rude: solus liquor, semper materia perfecta, lœta, simplex de suo pura, dignum vesculum Deo subiiciebat. Quid quod exinde dispositio mundi modularicibus quodammodo aquis Deo constituit.¹⁹ Nam vt firmamentum cœleste suspenderet in medietate diffinis & tunc aquis fecit,²⁰ & vt terram aridam suspenderet, segregatis aquis expedit ordinato deinceps per elementa mundo cùm incolæ darentur,²¹ primis & quis præcepit est animas proferre. Primus liquor quod viueret edidit, ne mirum sit in baptismo, si aqua animare possunt.²² Nam ipsis quoque hominis figurandi opus sociatibus aquis absolutum est determinantur. Nunquid ipsis enim aquis tinguimus quæ nunc in primordio fuerunt non vides ipsi nisi ex ea parte qua genus quidem unum, species vero complures. Quod autem genere attributum est, etiam in specie redundant. Ideoque nulla distinctio est, mari quis an flumine an fonte, lacu an alueo diluatur,²³ nec quicquam refert inter eos quos Ioannes Lordane, & quos Petrus in Tiberi tinxit. Nisi & ille spado quem Philippus inter viaticum aqua tinxit, plus salutis aut minus retulit.²⁴ Igitur omnes aquæ de pristina origine prærogatiua sacramentum sanctificationis consequuntur, inuocato Deo. Superuenient statim spiritus de cœlis, & aquis superest, sanctificans eas de semetipso, & ita sanctificari sancti candi combibunt. Quanquam ad simplicem actum competit similitudo, ut quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis ablauamur. Sed delicta sicut animalia carne comparent, quia nemo super cutem portat maculam Idololatriæ, aut stupri, aut fratris: ita eiusmodi in spiritu sordent qui est auctor delicti. Spiritus enim dominatur, caro obtemperatur: tamē utrumque inter se comunicant reatum, spiritus ob imperium, caro ob ministerium. Igitur medicatis quodammodo aquis per angelii interuentum, & spiritus in aqua corporaliter diluitur, & caro in eisdem spiritualiter mundatur. [25] Sed enim nationes extraneæ ab omni intellectu spiritualium potestatem eadem efficacia idolis suis subministrant, sed viduis aquis sibi inertiuntur.²⁶ Nam & sacris quibusdam per lauacrum initiantur, & illis alicuius,²⁷ aut Mithre,²⁸ ipsis etiam deos suos lauationibus efferrunt.²⁹ Ceteri villas, domos, tēpla, totāsq; vrbes aspergine circulata aquæ expiat passim,³⁰ certè ludis Apollinaribus & Pelusiis tinguuntur. Idque se in regeneratione & impunitatē per iurorū suorū agerunt. Item penes veteres³¹ quisquis se homicidio infecerat, purgatrice aqua se expiat.

CAP. V.

A bat. Igitur si de sola natura aqua, quod propria materia sit ad legem a usq[ue] auctoritatem, emundationis, bladintur, quanto id verius aqua praestabunt per Dei auctoritatem, à quo omnis natura eorum constituta est? Si religione aquam medicari putant, quae potior religio quam Dei viuit? quo agnito, hic quoque studium diaboli recognoscimus res Dei emulantis, cùm & ipse baptismum in suis exerceat, quid simile? Immundus emundat, perditor liberat, damatus absolutus, suam videlicet operam destruet diluens delicta, quae inspirat ipse. Hæc quidem in testimonium posita sunt repellentibus fidem, si minimè credat rebus Dei, quarum affectionibus apud exemplum Dei credit, an nō & alias sine vlo sacramento³⁶ immundi spiritus aqua incubant, adfectantes illam in primordio diuini spiritus generationem? Sciant Gen. 1. opaci quique fontes, & auij quique riui, & in balneis piscinae & euriptis domibus vel cisterne & putei, qui rapere dicuntur, scilicet per vim spiritus nocentis.³⁷ Nam & enectos³⁸ & lymphatos &³⁹ hydrophobos vocati, quos aqua necauerunt, aut amentia vel formidine exercuerunt. Quorū ista retulimus: ne quis durius credat angelū Dei sanctū aqua in salutem hominis temperandis adesse, cùm angelus malus profanus commercium eiusdem clementi in perniciem hominis frequentat. Angelum aqua interuenire, si nouum videatur, exemplum futuri præcucurrit, piscinam Bethsaidam angelus interueniens commoebat, obliterabant qui⁴⁰ valetudinem querebantur. Nam si quis præcenerat descendere illuc, queri post lauacrum definebat. Figura ista medicina corporalis spiritalem medicinam canebat, ea forma, qua semper carnalia in figura spiritualium antecedunt. Proficiente itaque in hominibus gratia Dei plus aquis & angelo accessit: qui vitia corporis remediabant, nunc spiritum medentur: qui temporalem operabantur salutem, nunc aeternam reformant: qui vnum semel anno liberabant, nunc quotidie populos conseruant, deleta morte per ablutionem delictorum.⁴¹ Exempto scilicet reatu, eximitur & pena.⁴² Ita restitetur homo Deo ad similitudinem eius qui retrò ad imaginem Dei fuerat. imago in effigie, similitudo in aeternitate censetur.⁴³ Recipit enim illum Dei spiritum, quem tunc de afflato eius acceperat, sed post amiserat per delictum.⁴⁴ Non quod in aqua spiritu⁴⁵ CAP. VI. sanctum consequamur, sed in aqua emundatum sub angelo spiritu sancto præparamur. Hic quoque figura præcessit. Sic enim Ioannes antepræcursor Domini fuit, preparans vias Matth. 3. eius: ita & angelus baptismi arbiter superuenturo spiritui sancto vias dirigit ablutione delictorum, quam fides impetrat⁴⁶ ob signata in Patre & Filio & Spiritu sancto. Nam si in Matth. 28. tribus testibus stabit omne verbum, quanto magis dum habemus per benedictionem eos ibid. 18. dem arbitros fidei, quos & sponsores salutis, sufficit ad fiduciam spei nostræ etiam numerus nominum diuinorum. Qum autem sub tribus⁴⁷ & testatio fidei & sponso salutis pingerentur,⁴⁸ necessarium adiicitur Ecclesiæ mentio: quoniam vbi tres, id est Pater & Filius & Spiritus sanctus, ibi Ecclesia qua trium corpus est.⁴⁹ Exinde egressi de lauacro CAP. VII. perunguimus benedictio⁵⁰ de pristina disciplina, qua vngui oleo de cornu in fa- Leuit. 18. cerdoti solebat. Ex quo Aaron à Moyle vñctus est,⁵¹ vnde Christus dicitur⁵² christimate⁵³ 1. Reg. 15. C quod est vñctio, quæ Domino nomen accommodauit, facta spiritalis, quia spiritu vñctus est à Deo patre, sicut in Actis:⁵⁴ Collecti sunt enim verè in ista ciuitate aduersus sanctum Act. 4. filium tuum, quem vñctisti.⁵⁵ Sic & in nobis carnaliter currit vñctio, sed spiritaliter proficit: quomodo & ipsius baptismi carnalis actus, quod in aqua mergimur, spiritalis effodus, quod delictis liberamur.⁵⁶ Dehinc manus imponitur, per benedictionem ad- CAP. VIII. uocans & inuitans spiritum sanctum. Sanè humano ingenio licebit spiritum in aquam ar- xerit, & quidem ita transuersim obliquatis in se, vt Christum deformantes iam tunc por- tenderent benedictionem in Christum futuram.⁵⁷ Tunc ille sanctissimus spiritus super emundata & benedicta corpora libens à patre descendit,⁵⁸ super baptismi aquas rāquam Matth. 3. pristinam sedem recognoscens conquietcir, columbae figura delapsus in Dominum, vt natura spiritus sancti declararetur per animal simplicitatis & innocentiae:⁵⁹ quod etiam corporaliter ipso felle careat columba. Ideoque, Estote (inquit) simplices sicut columbae, Matth. 10. ne hoc quidem sine argumento præcedentis figura.⁶⁰ Quemadmodum enim post aquas Gen. 8. diluuij, quibus iniurias antiqua purgata est, post baptismū (vt ita dixerim) mundi pacem coelestis iræ præco columba terris adnunciat dimissa ex arca, & cum olea reuersa: quod

Q. q. iiiij

ILLIAN,
statonibus
CLII.

V
6

signum etiam apud nationes paci prætenditur. Eadem dispositione spiritualis effectus ter
 ræ, id est carni nostræ emergenti de lauacro post vetera delicta columba sancti spiritus ad
 uolat, pacem Dei adferens, emissa de cœlis,⁶¹ vbi Ecclesia est arca figurata. Sed mundus
 rursus deliquit, quo male comparetur baptismus diluvio. Itaque igni destinatur, sicut &
 homo qui post baptismum delicta restaurat, vt hoc quoque in signum admonitionis no-
 stræ debeat accipi. [62] Quot igitur patrocinia naturæ, quot priuilegia gratiæ, quot sole-
 nia disciplinæ, figuræ, præstrunctiones, precatio[n]es religionem aquæ ordinauerunt.⁶³ Pri-
 mò quidem quum populus de Ægypto liberè expeditus, vim regis Ægypti per aquam
 transgressus euadit, ipsum regem cum totis copiis aqua extinxit. Quæ figura manifistor
 in baptismi sacramento? Liberantur de seculo nationes per aquam Icilicer, & diabolus
 dominatorem pristinum, in aqua oppressum derelinquent. ⁶⁴ Item aqua de amaritudinis
 virtute in suum commodum suavitatis Mosci ligno remediatur. Lignum illud erat Christus
 venenata & amara retrò naturæ venas insaluberrimas, aquas baptismi, scilicet ex seferre
 medians.⁶⁵ Hæc est aqua, quæ de comite petra populo defluebat. Si enim petra Christus,
 fine dubio aqua in Christo baptismū videmus benedici. Quanta aquæ gratia penes Dom-
 i. Cor. 10. & Christum eius est ad baptismi confirmationem. Nunquam sine aqua Christus;⁶⁶ si-
 a Matth. 3. dem & ipse aqua tinguitur. ⁶⁷ Prima b rudimenta potestatis suæ vocatus ad nuptias ap-
 b Ioan. 3. auspicatur. Cùm sermonem facit,⁶⁸ stientes ad aquam suam inuitat sempiternam. Cim-
 d Matth. 10. ion. 4. de agape docet,⁶⁹ aqua calicem fratri oblatum inter opæ dilectionis probat.⁷⁰ Apud
 Matth. 14. puticum vires refutis, super aquam incedit libenter, transfretat; aquam discentibus min-
 ion. 13. strat; perseverat testimonium baptismi usque ad passionem, quum deditur in crucem, quu-
 Matth. 27. interuenit, sciunt Pilati manus.⁷¹ quum vulneratur, aqua de latere prorupit, scit lanceam
 ion. 19. litis. [72] Diximus quantum mediocritati nostræ licuit de vniuersis, quæ baptismi
 C. p. x. gionem struunt, nunc ad reliquum statum eius æquè vt potero progrederi de queri-
 culis quibusdam.⁷³ Baptismus ab Ioanne denuntiatus iam tunc habuit questionem, ab
 ipso quidem Domino propositam Pharisæis, cœlestis'ne is baptismus esset, an vero tensus? De quo illi non valuerunt constanter respondere,⁷⁴ vt potè non intelligentes, qui
 I. Mar. 7. nec credentes. Nos porro quantula fide sumus, tantu[m] & intellectu possumus affirmare
 diuinum quidem eum baptismum fuisse, mandatu[t] tamen non & potestate, quod & nouen-
 nem à Domino missum legimus in hoc manus, ceterum humanu[m] conditione. Nihil enim
 cœlesti[us] præstabat, sed cœlestibus præministrabat,⁷⁵ penitentia scilicet præpositus, qui
 est in homini potestate.⁷⁶ Denique legis doctores & Pharisæi, qui crederent hinc
 nec penitentiam egere. Quod si penitentia humanum est, & baptismus ipsius euidenter
 conditionis fuerit necesse est, aut daret & spiritum sanctum & remissionem delictorum
 cœlestis fuisse.⁷⁷ Sed neque peccatum dimittit, neque spiritum indulget nisi Deus solus
 Marc. 3. Etiam ipse Dominus, nisi ipse priùs ascenderet ad patrem, aliter negauit spiritum elec-
 ion. 16. surum. id quod Dominus nôdum conferebat, seruus utique præstare non posset.⁷⁸ Adi-
 Act. 19. postea in Actis Apostolorum inuenimus, quoniam qui Ioannis baptismum habebant
 accepissent spiritum sanctum, quem ne auditu quidem nouerant: ergo non erat certe
 I. Ioan. 1. quod cœlestia non exhibebat: quum⁷⁹ ipsum quod cœlestis in Ioâne fuerat spiritus re-
 pheticus, post totius spiritus in Dominum translationem usque ad defecserit, vt quemque
 Matt. 11. dicauerat, quem aduenientem designauerat, postmodum an ipse esset, misericorditer scilicet
 I. Ioan. 3. Agebatur itaque baptismus penitentiæ quasi candidatus remissionis & sanctificationis in
 Luc. 3. Christo subfecutus. Nam quod prædicabat⁸⁰ baptismum penitentia in remissione
 delictorum, in futuram remissionem enuntiatum est. Siquidem penitentia antecedente
 missio subsequitur, & hoc est viam præparare: qui autem præparat, non idem ipse perficit,
 sed alij perficiendum procurat. Ipse profitetur sua non esse cœlestia, sed Christi, dicendo:
 Qui de terra est, de terra loquitur:⁸¹ qui de supernis venit, super omnes est.⁸² Item folia
 penitentia tinguere, venturū mox qui tinguoret in spiritu & igni. Scilicet, quia vera & le-
 bilis aquæ fides qua tinguitur in salutem, simulata autem & infirma igni tinguatur in iudicio
 C. p. xi. [83] Sed ecce (inquietus) venit Dominus, & non tinxit. Legimus enim: Et tamen is non
 I. Ioan. 4. tinguebat, verum discipuli eius: quia reuera ipsum suis manibus tincturum Ioannes pro-
 Luc. 5. dicasset. Non utique sic intelligendum est, sed simpliciter dictum more communis. Sic
 est (verbi gratia) Imperatori proposuit edictum, aut prefectus fustibus cæcidit: nuncque
 ipse proponit, aut nunquid ipse cædit?⁸⁴ Semper is dicitur facere cui præministratur, in-
 erit accipendum, Ipse vos tinguet, pro eo quod est, per ipsum tinguemini, vel in ipsum.
 Sol.

A Sed ne moueat quosdam, quod non ipse tinguebat. In quem enim tingueret? in pœnitentiam. quo ergo illi præcurarem? in peccato? in remissionem, quam verbo dabit? in semetipsum, quem humilitate calabat? in spiritum sanctum, qui nondum a patre descendebat in Ecclesiam,⁸⁵ quam nondum Apostoli struxerant? Itaque tinguebant discipuli eius ut ministri, vt Iohannes ante præcursor⁸⁶ codem baptismo Iohannis, ne qui alio putet, quia nec existat alius nisi postea Christi, qui tunc vtique a discitibus dari non poterat, vt potest nondum adimplata gloria Domini, nec instruta efficacia lauaci per passionem & resurrectionem:⁸⁷ quia nec mors nostra dissolui posset nisi Domini passione, nec vita restitui Rom. 6.

[88] Quum vero præscribitur⁸⁹ nemini sine baptismo compere salutem, ex illa maximè pronuntiatione Domini, qui ait: Nisi natus ex aqua quis erit, non habet vitam, suboriuntur scrupulosi, immò temerarij retractatus quorundam, quo-

modo ex ista præscriptione Apostolis salus competit,⁹⁰ quos tinctorum non inuenimus in

Domino, prater Paulū. Immò quum Paulus solus ex illis baptismum Christi inducerit, aut

prædicatum esse de ceterorum periculo, qui careat aqua Christi, vt præscriptio salua sit,

aut reficiendi præscriptionem, si etiam non tinctus salus statuta est. Audiui, Domino teste,

cūlmodi, ne quis me tam perditum existimet, vt vltro exagitem libidinem stylī, quæ aliis

scrupulum incutiat. Et nunc illis, vt potero, respondebo, qui negant Apostolos tinctorum.

Nam si humanum Iohannis baptismum inierant, & Dominicum desiderabant, quatenus

B vnum baptismum definierat ipse Dominus, dicens Petro perfundi nolenti:⁹¹ Qui semel

lauit, non habet necesse rursum: quod vtique non tincto non omnino dixisset: & hæc est

probatio exerta aduersus illos, qui admittunt Apostolis etiam Iohannis baptismum, vt de-

struant aqua sacramentum. An credibile videri potest, in his personis viam tunc Domini

non preparatam, id est baptismum Iohannis, quæ ad viam Domini per totum orbem ape-

riendam destinabantur? Ipse Dominus nullius pœnitentiae debitor tinctus est, peccatori-

bis non fuit necesse: Quid ergo, alij tincti non sunt? non tamen comites Christi, sed æmuli

fidei, legis doctores & Pharisei. Vnde & suggeritur, quoniam aduersantes Domino tingui no-

luerint, eos qui Dominum sequebantur, tinctorum tuuisse, nec cum æmulis suis sapuisse, ma-

ximè quando Dominus cui adhærebant, testimonio Iohannem extulisset, Nemo dicens

Matth. 11. maior inter natos foeminarum Iohanne baptizatore. Alij planè satis coacte iniiciunt tunc

Apostolos baptismi vicem implesse, quoniam in nauicula fluictibus adspersi operti sunt; ipsum

quoque Petrum per mare ingredientem satis mersum. Ut opinor autem, aliud est adspergi

vel intercipi violentia maris, aliud tingui disciplina religionis. Ceterum nauicula illa figu-

ram Ecclesia præferebat, quod in mari, id est, seculo, fluctibus, id est, persecutionibus &

Matth. 8. tentationibus inquietatur, Domino per patientiam velut dormiente, donec orationibus

fanctorum in ultimis suscitatus compescat seculum, & tranquillitatem suis reddat. Nunc si

ue tincti quoquo modo fuerunt, siue intoti perseverauerunt, vt & illud dictum Domini

devno lauacro sub Petri persona ad nos tantummodo spectet, de salute tamen Apostolo-

C rum satis temerarius est astimare, quia illis vel primæ adlectionis, & exinde individuae

familiaritatis prærogatiua compendium baptismi conferre posset. Cum illo opinor, se-

quebantur illum, qui credenti cuique salutem pollicebatur. Fides tua te (aiebat) saluum

Marc. 10. fecit, & remittuntur tibi peccata, credenti vtique, nec tamen tincto. Id si Apostolis de-

fuit, nescio quorum fides. ⁹² vno verbo Domini suscipitus teloneum dereliquit, patrem,

Matth. 9. & naem, & artem qua vitam sustentabat, deferuit, qui patris exequias despexit: sumimum

Matth. 4. illius Domini præceptum: ⁹³ Qui patrem aut matrem mihi prætulerit, non est me dignus,

Matth. 8. antè perfecit quād audiuist. ⁹⁴ Hic ergo scelestissimi illi prouocant quæstiones. Adeo

CAP. XIII. dicunt, baptisimus non est necessarius, quibus fides satis est: nam & Abraham nullius aqua

Gen. 15. nisi fidei sacramento Deo placuit. Sed in omnibus posteriora concludunt, & sequentia

antecedentibus prævalent. Fuerit salus retrò per fidem nudam ante Domini passionem &

resurrectionem. At vbi fides autem est credendi in nativitatē, passionem, resurrectionē?

Patris & Filii & Spiritus sancti. Huic⁹⁷ legi collata definitio illa: Nisi quis renatus fuerit ex

Ioh. 3. aqua & spiritu, non intrabit in regnum celorum, obstrinxit fidem ad baptisimi necessita-

tem. Itaque omnes exinde credentes tinguebantur. Tunc & Paulus vbi creditit, tinctus

est. Et hoc est quod Dominus⁹⁸ in illa plaga orationis præceperat, ⁹⁹ Exurge, dicens, &

Ibidem.

JILLIAN,
statim onibus
CL. II.

V
6

introi Damascum, illic tibi demonstrabitur quid debas agere, scilicet tingui, quod solum D
ei decret. Alioquin satis didicerat atque crederat Nazarenum esse Dominum Dei filii.

C.A. XIII. [100] Sed de ipso Apostolo reuoluunt, quod dixerit, Non enim me ad tingendum Chri-
I. Cor. 1. stus misit, quasi hoc argumento baptisimus admatur. Cut enim tinxit Gaium & Crispum
Ibidem. & Stephanæ domum? quanquam etsi non eum miserat Christus ad tingendum, tamen
Ibidem. alius Apostolis præceperat tinguere. Verum hæc pro conditione tunc temporis ad Co-
rinthios scripta sunt, quoniam schismata & dissensiones inter illos mouebantur, dum alius
Paulo deputat, alius Apollo. Propter quod pacificus Apostolus, ne sibi omnia defendere
videretur, non ad tingendum ait se missum, sed ad prædicandum. Nam & prius est prædi-
care, posterius tinguere. Si prius prædicatum: puto autem licuit & tinguere, cui licuit pre-
CAP. V. dicare. [101] Nefcio si quid amplius ad cōtrouersiam baptisimi ventilatur. Sanè retexam
Ioan. 3. quod suprà omisi, ne imminentes sensus videar intercidere: Vnus omnino baptismus est
Ephes. 4. nobis, 102 tam ex Domini Euangeliō, quam ex Apostoli litteris; 103 quoniam vnuS Domi-
nus & 104 vnum baptisimus & 105 vna Ecclesia in cœlis. 106 Sed circa haereticos sancitum
custodiendum sit, dignè quis retractet; ad nos enim editum est. Haeretici autem nullum
habent confortium nostræ disciplinæ, quos extraneos vtique testatur ipsa ademptio com-
municationis. Non debo in illis cognoscere quod mihi est præceptum, quia non idem
Deus est nobis & illis, nec vnuS Christus, id est idem. Ideoque nec baptisimus vnuS, quia
nō idem. Quem quimq[ue] non habeant, sine dubio nō habent, nec capit numeratio, quod
non habetur: ita nec possunt accipere, quia non habent. 107 Sed de isto plenius iam nobis
in Graeco digestum est. 108 Semel ergo lauacrum inimus, semel delicta diluantur, quia
iterat, non oportet. 109 Ceterum Israel Iudæus quotidie lauat, quia quotidianus inquinatus
Hebr. 6. Quod ne in nobis quoq[ue] factitaretur, propterea de uno lauacro definitum est. Felix autem
qua semel abluit, qua ludibrio peccatoribus non est, qua non adsiduitate fordiuntur.
CAP. XVI. Et a rursus quos diluit, inquit. [110] Est quidem nobis etiam secundum lauacrum, vnuS
Luc. 12. & ipsum, sanguinis scilicet: de quo Dominus, 111 Habeo, inquit, baptismo tingui, quoniam
Ioan. 5. iunctus fuisset. Venerat enim per aquam & sanguinem, sicut Ioannes scriptit, ut quis
Ioan. 19. tingueretur, sanguine glorificaretur. 112 Proinde vt nos faceret aqua vocatos, sanguine
electos, hos duos baptisimos de vulnere perfossi lateris emisit. Quia qui in sanguinem
crederent, aqua lauarentur: 113 qui aqua lauissent, etiam sanguinem potarent. Hic est
CAP. XVII. baptisimus, qui lauacrum & non acceptum repræsentat, & perditum reddit. [114] Superbi
ad concludendam materiam de obseruatione quoque dandi & accipiendo baptisimus
commonefacere. Dādi quidem habet ius summus facerdos qui est Episcopus. 115 Dicitur
Presbyteri & Diaconi, non tamen sive Episcopi auctoritate propter Ecclesiæ honora-
116 Quo saluo, salua pax est. Alioquin etiam laicis ius est. Quod enim ex aequo accipi-
ex aequo dari potest, nisi Episcopiam aut Presbyteri, aut Diaconi vocatur, dicentes. Do-
mini sermo non debet abscondi ab illo. Proinde & baptisimus aequum Dei census ab or-
nibus exerceri potest: sed quanto magis laicis disciplina verecundia & modestia inci-
bit, quam ea maioribus competit, ne sibi adsumant dicatum Episcopi officium Episco-
pus. Aemulatio, schismatum mater est. Omnia licere dixit sanctissimus Apostolus, sed in
omnia expedire. Sufficiat scilicet in necessitatibus vt utraris, sicuti aut loci, aut temporis,
aut persona conditio compellit. Tunc enim constantia succurrentis excipitur, quum
get circumstantia periclitatis. Quoniam reus erit perditu hominis, si supercederit prelatus
quod liberè potuit. 117 Perulantia autem mulieru[m] quæ usurpauit docere, vtique non erat
tinguedi ius sibi pariet, nisi si quæ noua bestia cuenerit similis pristina: vt quemadmodum
illa baptisimus auferret, ita aliqua per se eum conferat. 118 Quod si quæ Pauli perpetu-
2. Cor. 14. scripta legunt, 119 exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docendi tingendique dete-
CA. XVIII. suos consulant. [120] Ceterum baptisimus non temerè credendum esse sciunt, quoniam
Luc. 6. officium est. Omni petenti dato, suum habet titulum perinde ad eleemosynam perince-
Mattb. 7. tem. Immò illud potius perspicendum, Nolite dare sanctum canibus, & 121 porci pro-
1. Tim. 5. cere margaritas vestras, & manus ne facile imposueris, 123 ne participes aliena delicia. Si
Aet. 8. Philippus tam facile tinxit eunuchum, recogitemus manifestam & exortam dignationem
Dominum

A Domini intercessisse. Spiritus Philippo præoperat in eam viam prætendere; spado & ipse inuentus est non otiosus, nec qui subito tingui concupisceret: sed ad templum orandi gratia profectus scripturæ diuinae impressus. sic oportebat deprendi, cui vltro Deus Apostolum miserat. ad ¹²⁴ quem rursus spiritus ut se curriculo eunuchi adiungeret iuſſit, scriptura ipsius fidei occurrit, in tempore exhortatus adsumitur, Dominus ostenditur, fides non moratur, aqua non expectatur, Apostolus perfecto negotio eripitur. ¹²⁵ Sed & Paulus reAct. 9.
 uera citò tinctus est. Citò enim cognoverat Iudas hospes vas cum esse electionis constitutum. Dei dignatio suas præmittit prærogatiuas; omnis petitio & decipere & decipi potest. Itaque pro cuiusque personæ conditione ac dispositione, etiam ætate cunctatio baptissimi vtilior est: præcipue tamen circa paruulos. ¹²⁶ Quid enim necesse est, si non tam necesse ¹²⁷ sponsores etiam periculo ingeri: qui & ipsi per mortalitatem destituere promissiones suas possunt, & prouentu male indolis falli. Ait quidem Dominus, Nolite illos prohibere ^{Matt. 19.} ad me venire. Veniant ergo dum adolescenti, veniant dum discunt, dum quo veniant docentur, sicut Christiani quum Christum noslē potuerint, quid festinat innocens etas ad remissionem peccatorum: cautiū agetur in secularibus, vt cui substantia terrena non creditur, diuina credatur, norint petere salutem, vt petenti dedisse videar. ¹²⁸ Non minore de causa inupti quoque procrastinandi, in quibus tentatio præparata est tam virginibus per maturitatem, quam viduis per vagationem, donec aut nubant, ¹²⁹ aut continentia corroborentur. Si qui pondus intelligent baptissimi, magis timebunt ¹³⁰ consecutionem quam dilationem: fides integra secura est de salute. ^[131] Diem baptismo solenniorem Pascha CAP. XIX. præstat, cum & passio Domini in qua tinguimur, adimplita est, nec incongruenter, ad figuram interpretabitur, quod cum ultimum Pascha Dominus esset acturus, missis discipulis ad præparandum. ¹³² Inuenietis, inquit, hominem aquam baulatrem, Paschæ celebranMarc. 14. dæ locum de signo aquæ ostendit. ¹³³ Exinde Pentecoste ordinandis lauacris latissimum spatum est, quo & Domini resurrectio inter discipulos frequentata est, & gratia spiritus sancti dedicata, & spes aduentus Domini subostenata, quod tunc in celos recuperato eo; angeli ad Apostolos dixerunt sic venturum quemadmodum & in celos confundit, vti ^{Act. 1.} que in Pentecoste. Sed enim Hieremias cùm dicit: ¹³⁴ Et congregabo illos ab extremis terra in die festo, Pascha diem significat & Pentecostes, qui est propriè dies festus. Ceterum omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismi: si de solennitate interest, de gratia nihil refert. ^[135] Ingressiros baptismum, orationibus crebris, ieuniis CAP. XX. & geniculationibus, & perugiliis orare oportet, & ¹³⁶ cum cōfessione omnium retro dilectorum, ¹³⁷ vt exponant etiam baptismum Ioannis. Tinguebantur, inquit, confitentes ^{Matt. 3.} delicta sua. Nobis gratulandum est, si non publicè confitemur iniquitates aut turpiditatis nostras. ¹³⁸ Simul enim & de pristinis satifacimus confitacione carnis & spiritus, & subfecuturis tentationibus munimenta præstruimus. Vigilate & orate, inquit, ne incidatis ^{Matt. 26.} C in temptationem. Er idè credo tentati sunt, quoniam obdormierunt, vt adprehensem Do-minum destituerint, & qui cum eo persistiterit, & gladio sit vñsus, ter etiam negauerit: ¹³⁹ nā & præcesserat dictum; Neminem intentatum regna cœlestia consecuturum. Ipsum Do-^{Luu. 22.} minum post lauacrum statim tentationes circumsteterunt quadraginta diebus ieuniis ^{Matt. 4.} functum. Ergo & nos, dicet aliquis, à lauacro potius iejunare oportet, & quis enim prohibet; ¹⁴⁰ nisi necessitas gaudi & gratulatio salutis? Sed Dominus, quantulum astimo, de figura Israëlis exprobationem in ipsum retorserit. Namque populus mare transgressus, & in solitudine translatus per quadraginta annos, illuc cùm diuinis copiis aleretur, nihil omnus ventris & gulæ meminerat, ¹⁴¹ quām Dei. Deinde Dominus post aquam segregatus in deserta quadraginta dierum ieunia emensis, ostendit non pane vivere hominem Dei, sed Dei verbo: temptationēsque plenitudini & immoderantia ventris adpositas abstinen-tia elidi. Igitur benedicti quos gratia Dei expectat, cùm de illo sanctissimo lauacro nouatalis ascenditis, & primas manus apud matrem cum fratribus aperitis, petite de patre, petite de domino, peculia, gratias, distributiones charismatum subiiciente, Petite, & accipietis, inquit. Quæsitis enim, & inueniatis; pulastis, & apertum est vobis. Tantum oro, vt cum petitis, ¹⁴² etiam Tertulliani peccatoris memineritis.

JILLIAN,
statonibus
CL. II.

V
6

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE BAPTISMO.

1. DE BAPTISMO.] *Vt Lectori Catholico,*
iuxta quod promissimus supra Tom. 2. lib. de Cor. militis
cap. 3. num. 3. o. hic satis acutus, de singulis Baptismi ce-
remoniis, partim ex Rhenani in eum librum Adnotatio-
nibus, partim ex ipso Tertulliano, B. Cyriano, aliisque Pa-
tribus, brevissimo qui fieri poterit compendio tractabi-
mus; sicuti de Messe ceremoniis id ipsum praeftissimum ini-
tio libri de Oratione, & de Penitentia tribus partibus
eiusdem tituli libro. Quam autem de baptismo Landi ritu (*vii*
eriam Rhenanus adnotauit) qui apud Veteres &
Tertullianum in v/a fuit, quedam coniectudo mutari; ple-
rasque tamen hodie etiam a nobis obseruari manifestum
fiet, si eodem ordine quo celebrantur, singulas tractemus
ceremonias, idque verbis potissimum Tertulliani &
Burchardi seu potius Alcuni, a Rhenano citatu, additione
facta ex Sacramentario D. Gregorij a nobis Tom. 2. Liturgi-
ca Latinorum edito, aut Ordine Romano antiquo vul-
gato, non ita nuper a Dn. Melchiore Historio cum reli-
quis Officiorum Diuanorum Scriptoribus. Premitemus
interim aliquid de statu his in anno (*vii* etiam ante me
adnotauit Rhenanus) baptismi temporibus, & Ministro
baptismi, as Sponsoribus, quos Susceptores vocamus, item
& de Catechumenis ac Competentibus, & de Scrutinis
quinque, differentia tractatum de Baptismo parvolorum
et que ad huius libri cap. 18.

Imprimis itaque Pascha & Pentecosten sola an-
tiquitas extra necessitatem prescripta fuisse ad
baptismum, Tertullianus his verbis infra cap. 19. (*obi*
de gloria) significat: Diem (inquit) baptismi sol-
lemniores Pascha praefat, quum & passio Do-
mini, in qua tinguuntur, adimplenta est. Exinde Pé-
tecoste (*id est*; videtur cap. 3. lib. de Cor. milit. à
die Pascha usque ad Pentecosten) ordinandis la-
uacris larissimum spatiū est; quo & Domini re-
surrectio inter discipulos frequentata est, & gra-
tia Sancti spiritus dedicata. Ceterum omnis alio-
qui dies Domini est, omnis hora, omne tempus
habile baptismū. Hactenus ille. Qui mos antiquus (*in-*
quit Rhenanus) etiam v/que ad tempora Caroli Magni
& Ludouici Augusti feruatus est. Indicant hoc leges ab
illis sanctis, quibus caueatur ne quemquam sacerdotes ba-
pi/ent, excepto mortis articulo, præterquam in Pascha &
Pentecoste. Eas sanctiones complectitur volumen Legum
Pipini, Caroli Magni, Ludouici Pij, & Lotharii, quas
Ansgarius Abbas collegit, & existat abduc in multis
Bibliothecis. Veritatem sane habentur apud Fidei, &
Argentorati in Libraria templi maioris. Hoc sic accipien-
dum, ut si amua post Pascha infantes naros ad baptismū
Pentecoste referantur, & natos post Pentecosten ad Pas-
chalem festum diem baptismū offerri solitus, excepta, cetero
dixi, necessitate, vna cum adiutio Catechumenis, qui de
externis nationibus Danorum, Normannorum, Selaunorum,
& similiis populorum, Christiana religione in-
trababantur. Ex his enim gentibus propter continua Ger-
manorum bella numquam non in has regiones mancipia
adferabantur. Quis ipsi maiores nostri propter Hannoveri,
Saxoni, Vgorum, Astdiis & exitiabilis deuastationes
suis interdum sacris priuabatur ad tempus. Quibus adde,
quod eius coniectudinis vestigium etiamnum seruerat in
quibusdam antiquis cathedralibus Ecclesiis, & nominata
ante hos motus Vtracictina, in quibus pridie Pascha.

& Pentecosten sollemnis baptismus per Episcopos celebra-
batur; & eius observationis meminist Ruperti lib. 4. de
Dio, offic. c. 8. Quid? quod etiam quotannis obseruator Ro-
me apud S. Ioannem Lateranensem in baptisterio Confessio
sollemnis baptismus Catechumenorum in denuo aut dis-
rum Infidelium. Hec res animaduera lucem adferat (sic
adnotandum) ad intelligendas ceremonias & canicas, que
bus adhuc utimur, no solum (*vii* ille) in Paschalib[us] cer-
emoniis, sed per multas etiam Quadragesime ferias, quoniam
proprie dicabantur sollemnis illius baptismi, quid sa-
monis. Pascha fiebat, singula queque que premitti solent, con-
monebantur.

De Ministro baptismi hac loquuntur Tertullianus
infra cap. 17. Dandi baptismi ius haber summis
cerdos, qui est Episcopus. Dicunt Prelates &
Diaconi, non tam sine Episcopis aueroritate
per Ecclesias honorem. Sufficiat tamen in nec-
essitatibus ut viratis laico, scribenti aut loci, aut temporis,
aut perforn conditio compellit. Tunc tamen
constantia succurrentis excipitur, quum virat
constituta pericitur. Vbi de hoc etiam latet.

Sponforum vero in baptismū munimur Tertullianus cap. 18. Quid enim (*inquit*) necesse est
non tam necesse est, sponsores etiam periculare
geri? Quis etiam Sponsores iam tum appellat (*sint*
Rhenanus adnotauit) significavit, supra dictum a
Coron militis. Inde sucepti laetis & mellis con-
diam prægustamus. Sed etiam infra hoc loco.

Aste omnia autem (*inquit* Licinus, quem non
Burchardi citat Rhenanus) Paganus sit Causa
menus. Ita enim illos a cœchis Landi vocabat res,
sicuti etiam Audientes suis Auditores, de quibus
præ Tom. 2. lib. de Penitent. cap. 6. num. 39. & libri
cedens de Prescrips. adu. haret. cap. 41. num. 31. 6. &
tius in Cyriani epist. 13. num. 4. ac 24. num. 7. si-
ficante verba hæc Tertullianus ex loco priori: Nemo in
adulterio, quia inter Auditorum tyrocinia degre-
tur, qualis eo etiam nunc sibi delinqueret. An
alius est intrinsecus Christus, alius Auditores.
Num spes alia, vel merces, aut alia formida
alia necessitas pœnitentia? Hec prima Auditio
intinctio est, meus integer. Vbi habet, quod
pœnitentiam agere debet ante baptismū. Ceterum
præter fidei catechiz ationem in quo infra dictum quo-
quam inter primas baptismi ceremonias, de qua
frat, Ordo Romanus & B. Gregorij Sacramentum ar-
bant Ordinem ad faciendum Catechumenum, &
quod es modo dantaxat, sicut etiam hodie, catechizan-
tur parvuli; quod adulti multo ante in Catechumenis
sufficiunt numeros.

Hic vero iam baptismi tempore adpropinquans il-
Paciano serm. de hapt. Augustinus & Ambrosius
nibus quamplurimi Competentes vocantur, ut in
lib. prædict. num. 256. diximus quod simul baptismū
terent. Quo adiudicat hæc verba Tertullianus dictum
lib. de Penit. Itaque Auditores optare intinctio
non præsumere oportet. Qui enim operatur
rat, qui præsumit, superbit. Idem ab eis Ap-
stolo vbi sapit. & in Ordine Romano, ac Sacramentis
B. Gregorij, Electi vocantur, quod ad baptismum in
scrutinis eligentur.

Scrutinia denique ante Baptismum sex fiebant
Quadragesima tempore, & septimum in Vigilia Pas-
che, iuxta Ordinem Romanum, quem citant Alcu-
nius & Amalarius libris de Diuinis Officis. Ita ut
primum scrutinium incipiat à feria quarta Domini-
ca tertia. Quae frequenter iterabantur (Alcuino te-
ste, iuxta quod etiam sub nomine Burchardi citauit Rhe-
nannus) ut exploretur sapientia, an post renuntiationem Sa-
crae verba datae fidei radicitus corde defixen-
tum. Ad qua (quoniam ex Ordine Romano similia in
scrutinio illis facta conserter) adiudicatur haud dubius Ter-
tullianus his verbis infra cap. xx. Ingressuros ba-
ptismum orationibus crebris, ieiuniis, & geni-
culationibus, & perugiliis orare oportet. Ceterè
etiam Concilij Bracarense Patres eodem spectant cap. 3.
Nos (inquit) omnimode precipimus, & antiquæ Ca-
nones precepimus, ut ante Baptismum xx. dies ad par-
gationem exorcismi Catechumeni veniant, & in illis
xx. diebus iuxta canonicum preceptum erudiantur,
& confarentur. Totidem enim dies computantur à
Sabbato Hebdomadae 111. Ad eadem, & potissimum
tertium, quod in apertione aurium dicebatur, adiu-
dit B. Ambrosius libro deis qui mysteria initiantur,
capite 1. & de Sacramentis libro 1. capite 1. item B. Au-
gustinus, Sermones ad Competentes, & loco citato ab
Amalio de Diuinis officiis, libro 1. capite 8 & Ra-
perus de Diuinis officiis, libro 4. capite 18. 19. 20.
& 21. verbis infra citatis capite 20. huius libri.

In Hispania præterea id peculiare fuit, ut infantium
capitula ante baptismum luvarentur, idque certo die,
quoniam Capitulare appellabant, vix patet ex B. Iosidori li-
bro Etymologiarum, capite 18. & libro 1. de offic. Ec-
clesiasticis, capite 27. Quid in Gallia quoque visitatum
patet ex Alcuino, libro de Ecclesiast. offic. qui id fieri
sibile scribit in Dominica Palmariam; cui similia sunt
quod B. Cyrius Hierosolymitanus, Praefatione in Ca-
tchis.

Porro quandoquidem omnes & singulæ septem scruti-
nium, alioque ceremonia repetebantur in Sabbatho
sabato quam baptizarentur, maxime ob parvulos recens
natos, qui prioribus non interfuerant (sicuti pater ex
Ordine Romano pag. 32. & 73. Amalarius de Diuinis
offic. lib. 1. cap. 16. ac sequentibus, & Alcuino eius-
dem argumento libro pag. 61. & sequent.) quare &
& Hispani simili omnes recitantur lib. 1. de Infr. cle-
rie. cap. 27. 28. 29. & 30. eo quoce celebrabantur or-
dinum omnes recitabimus, quas tribus quod aiunt ver-
bis dominis easdem esse penè, quibus etiamnum vi-
timur.

Primum itaque recitabantur nomina baptizando-
rum in prioribus scrutinis descripta (vise in Ordine
Romane, & Sacramentario B. Gregorij) quorum ma-
stis stabant ad dexteram, feminæ ad sinistram. Huc
permit illud Concilij cuiusdam Carthaginensis can-
sus, citatum a Burchardo Decret. libro 3. capite 1. Ba-
ptizandi nomen suum dent. & cuia fit apud Dionysius
Areopagitan Ecclesiastice hierarchie capite 2.
mentio, nominum descriptio, tanca qui baptizan-
tis est, quam susceptoris; item illud B. Augustinus li-
bro de cura pro mortuis agenda: Dedit nomen inter alias
Competentes. & verba similia epistola 155. item quod
habet B. Clemens Romanus epistola 3. Accedat qui ba-
ptismum vult, ad sacerdotem, & nomen suum det. Me-
moris & Rhenanus citans caput Legum 1. questione.

quod est ex Concilio Hincmarii Remensis Episcopi a-
pud S. Medardum cap. 8. Atqui etiam hodie ante om-
nia Nomina baptizandorum reddi iubentur à Su-
spectoribus, & postea sapientia interrogantur, & citan-
tur à Susceptoribus, ut si iam olim etiam Dionysius crep.
adnotauit.

Posthac (Alcuino teste lib. de Diuinis officiis quoniam ex
Burchardi Decret. lib. 6. qui aliis sit oportet quam ho-
die existat, citat Rhenanus) accedens ad baptismum,
renuntiat maligno spiritui & omnibus damnosis
eius pompis. Quid ipsam hodie sit, nisi quod alio or-
dine, nempe immediate ante baptismum, quoniam illud
fuerit olim bis, nempe & in scrutinio primo, & rursum
antequam baptizaretur. Hinc est illud Tertulliani lib.
de Corona militis, cap. 3. Aquam adituri, ibidem, sed
& aliquanto prius, in Ecclesiis sub Anrilitis manu
contestamur nos renuntiari diabolo, & pom-
pæ, & angelis eius. Super quo loco Rhenanus. Hoc
(inquit) siebat ad Occidentem, teste Hieronymus. Inter-
pres Dionysij de Eccles. hierarch. Deinde (inquit) Oci-
dentalis versus illum statuens intendentem, manuque
impingente ad eandem regionem conuersus, insufflare
illum per satanas iubet, ac praeterea abrenuntiationem
profiteri. Id sequenti capite exponus, docte impulso
manuum baptizandum obsecra militia consorta re-
nuere & exsufflare. Quibus adiicienda præterea haec ver-
ba Dionysij Areopagite ibidem, nempe capite 2. sequen-
tia: Et quoniam post trinam abrenuntiationem contesta-
tionem tertiam ille abrenuntiari profissus fuerit, ad Ori-
entem illum traducit. Que omnia etiam repetit B. Cyrius
Hierosolymitanus Catechesi 1. mythagogica, clarus appelle-
lans protensionem manus in renuntiatione. Eadem ad-
iudicat etiam Author dicti libri capite 13. Omnes (co-
ronandi causa) alienæ, prophanæ, illicitæ, se-
mel iam in Sacramenti testatione eieratae; ha-
c enim erant pompe diaboli & angelorum eius.
Item quod est libro ad Martyras, capite 2. Christianus
etiam extra carcere seculo renuntiavit. & libro
de Spectaculis, capite 4. Quoniam (inquit) renuntiasse
nos diabolo & pompe & angelis eius ore no-
stro contestamur, quid erit summum ac præci-
puum, in quo diabolus & pompe & angelii e-
ius censeantur, quam Idolatria? Igitur si ex
Idolatria vniuersam Spectaculorum paratu-
ram constare conserterit, indubitate præiudica-
rum erit, etiam ad Spectacula pertinere renun-
tiationis nostra testimonium in lauacro; que dia-
bolo & pompe & angelis eius sint emancipa-
ta. Siquid ex his non ad Idolum pertinuerit,
id neque ad Idolatriam, neque ad nostram
cerationem pertinebit. Ac capite 24. Hoc e-
rit pompa diaboli, aduersus quam in signatu-
lo fidei eieramus. Quod autem eieramus, ne-
que factò, neque dictò, neque visu, neque pro-
spectu participare debemus. Ceterum nonne
eieramus & rescindimus signaculum, rescinden-
do testationem eius? Rursum illud libro de Idaho-
latria capite 6. Quomodo (inquit) renuntiavimus
diabolo & angelis eius, si eos facimus? Quod
repudium diximus his, non dico cum quibus,
sed de quibus vivimus? Libro item de Habitū mu-
liebri, capite 2. Hi sunt angelii, quibus in lau-
cro renuntiavimus. Denique illud infra libro de A-
nima: Paetus es enim renuntiare ipsi, & pompe,

Rr

JILLIAN,
statonibus
E.L.I.

V

& angelis eius. Similis B. Cypriani testimonia & aliorum Patrum citata inueniet Lector Adnotat. nostris in epist. eius 7. num. 15. & lib. de Orat. Dom. num. 53. Quibus addit. Origensem hom. 12. in Numeros. B. Patrionum lib. de baptismo, B. Ambrosium l. de iis qui myst. initiantur, cap. 1. & lib. 1. de Sacrament. cap. 2. B. Seuerum Alexandr. in baptismi ritibus. Repeccant autem iterum immediate ante baptismum interrogacionem & abrenuntiationem diabolus, scicui fit hodie, pente ex Sacramentario S. Gregorij, Ambroſio & Auguſtino locis ibi citatis.

Exsufflatum etiam (inquit apud Rhenanum Alcuinus) ut fugato diabolo, Christo Domino nostro paretur introire. Ad Exsufflationis verò ritum adiudicat B. Dionys. Areopag. verbis citatis, praterquam quod per ipsius baptismum in sua Ecclesia id fieri solitum significet, quum dicit: Infuscare, seu potius exsufflare illum ter Satanam inbet. B. Gregorius in Sacramentario magis accedit ad Alcuini & nostram consuetudinem, quia sufflat ter in faciem Presbyter, dicens: Exi ab eo Satan, &c. quod in baptismo parvulorum per Successores & Presbyteros iam olim usitatum significat locum pauporium citandus. Eadem pertinet illud B. Cyrilli Hierosolym. mystag. 2. vbi loquitur de oleo exorcizato, in cuum etiam exorcismo, sicut & salis, de quibus infra latius, siebant exsufflationes. Infusationes (inquit) sanctorum & nominis Dei invocatio, tamquam vehementissima quadam flamma viri demones, & in fugam conseruit. Meminerimus enim Exsufflationis B. Isidorus lib. 2. de offic. Eccles. cap. 20. ac Hrabanus noster de Infr. cleric. lib. 1. cap. 27. Denique illis veteris B. Augustinus lib. 2. de misericordia & concupiscentia. cap. 18. ac 29. etiam B. Cyprianum & Ambrosium citans lib. 2. de pecc. orig. lib. 3. contra Luciferum, lib. 3. contra Epist. Parm. lib. 2. contra Cresc. cap. 3. & lib. 1. de Symbolo ad Catechum, cap. 1. denique etiam B. Severus Alexandri, in Graecorum baptismi ritibus. Eodem denique pertinere existimamus viri eruditissimam illad Authoris supra lib. 2. ad Vxorem, cap. 5. quum aliquid immundum flatu expuis.

Exorcitor etiam (*inquit ibidem Alcinius*) id est, coniuratur malignus spiritus, ut exeat & recedat, dans locum Deo vero. Cuius Exorcismi eadem penè verba, quibus hodie utimur, recentur in Ordine Romano, & partim in Sacramentarii B. Gregorij. Quid? Quod ad verba illa: Da honorem Dco viuo & vero, ad ludas B. Cyprianus alicubi. Similes autem exorcismos Gracorum habes apud B. Seuerum Patriarcham Alexandr. in dictis baptismi ritibus, qui exstant in Bibliotheca SS. Patrum. Alios quoque locos aliorum Patrum de exorcismo in baptismo citauimus in epist. Cypriani ad Magnum 7.6. num. 54. Sicut & de potestate Exorcistarum in dæmones, quam in *sdem* penè verbis amplificat ille, epist. 2. ad Donatum, num. 10. quibus Tertullianus supra Tom. I. *Apolog.* cap. 23. & 43. Quibus addit Optatius Mileitanum contra Parm. lib. 4. & Iulium Firmicum lib. 2. Marthezan cap. 3. & 4. Auctor praeterea ad baptismo Exorcismum videtur adducere supra lib. de *Præscriptione*. aduers. heret. cap. 41. Ipse (*inquit*) mulieres hereticae quam procaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes reprobmittere, forsitan & tinguerre. Exorcismus autem, teste B. Isidoro lib. 2. de offic. Ecclesiast. cap. 20. sermo *increationis* est contra immundum spiritum,

in Energumenis siue Catechumenis factum, per quem
ab illis diabolis nequissima virtus & inueterata mala-
itia expulsa fugetur. Cui simile est illud Opus Mel-
itanus contra Parmenianos. lib. 4. Hoc Extrahimus quo-
rum, per quem spiritus immundus depulit & fu-
gator.

Imponit etiam manum (inquit B. Gregorius a
Sacramentario) Presbyter in frontibus eorum, de-
cendo: Signaculum Salvatoris Domini nostri Iesu Christi
in frontem tuam pono, & similiter in petitis. Quoniam
haud dubie intelligit Vincens a Thiburi in Comitatu
Carthagae sub B. Cypriano, sententia 37. dicens: Ex
primo per manus impositionem in Exorcismo, se-
cundo per baptismi regenerationem, postea etiam
pollicitationem venire. Et eodem adiudicat Terminus
lib. de spectac. cap. 4. & 24. dum baptismum signa-
culum fidei vocat, verbis significat. Quoniam
dum & Theodoreus lib. 4. bish. Eccliesi. cap. 3.
avocatus, & Dionysius l. Eccl. Hierarch. cap. 1.
poecilus οφεγγάδα, baptismum nuncupant. Cetero
Patrum de ligno Crucis in baptismo visitatione
monia habet partim super Tom. 2. lib. de Corpus
myst. num. 40. & latini Adnotat. nostris 15. cap.
iii epist. 56. num. 31. & epist. 63. num. 39. et
demus illud Dionysius Areopag. Imponit eum capitu-
num, confignatusque illum, iaceratibus mandatis
suscepit & remque desribant. Et paulopoli: Regulam
orans benedicit, cique manus imponit. Et quia in
B. Augusti, de Symbolo lib. 2. & lib. 4. cap. 1. &
cratiss. signum crucis vos suscipit in vtero fundit
Eccliesia, cuius etiam meminit in Psalm. 30. ut
complures huc pertinentes, que etiam tamen recte
perire est in Ordine Romano, & Sacramentis lib.
gorij.

Accipit quoque Catechumenus sal-
vbi supra Alcinius ut putrida & fissa enim
sapientia sale diuino manere mundentur. Et certe
ocismum & Benedictione salis eundem
nunc vitum, reperire est in Ordine Roman.
Clementario B. Gregorij. Deinde huius ceremoniam
runt præterea Ven. Beda in l. Regam, cap. 25.
admodum citatur ab Iuone, Decreti parte 1. de
mo, cap. 100. & Gratianus de conscr. dif. 4. u.
B. Iudiciorum de Eccles. offic. lib. 2. cap. 20. & Co-
rus nestor loco sepe citato, quomodo etiam 3. 200
Alexandr. in bapt. ritibus. Eadem videtur posse
quod legitur in Salte Catechumenorum Concl.
Ithag. 3. can. 5. & illud B. Augustini Confess. cap.
11. Signabar iam signo eius, & cibis eius
Deinde (inquit idem Alcinius) Symbolo holi-
lici traditus ei fides; ut vacua domus, &
sco habitatore derelicta, fide ornata, & ex
pia habitatio Deo. Quo adludit precalamus Trin-
lianus lib. de Corona militis, cap. 3. non. 30. & 31.
icit: Amplius aliquid respondentes quam Dau-
nus in Euangelio determinauit. Veritas de ea in
in Adnotat. nostris in B. Cyriani, epist. 70. n.
& infra cap. 6. Hic dumtaxat ditemus, quod est
Augustino & Ambrosio confiteretur repetitio
boli interrogacionis & professionis, sicut in habe-
re mediate ante baptismum. Item illud quod filii
Roma ex editiori loco in confessio pupill proferentes
Competentes, scient patet de Victoria Recreatuando
gustinum lib. 8. Confess. cap. 3.

de Baptismo.

469

Tanguntur (inquit Alcuinus ubi supra) & nares, et quandiu spiritus naribus trahat, in fide accepta perseveret. De quo apertius secundum confutendum etiam hodie obseruatam in hac verba sacramentaria B. Gregorij: Deinde verò tangat ei nares & aures cum digito de sputo, & dicat ad aurem dexteram, Epheta, quod est: Adaperire; ad nares: In odorem suavitatis; ad aurem sinistram: Tu autem effugare diabolo, &c. Et autem omnia authentica esse patet ex B. Ambrosio lib. de Sacram. cap. 1. & l. de iis qui mysteriuntur, cap. 1. Cuius mysterium ex illis in hac verba descripto loco citari Hrabanus: Postea tanguntur ei nares & aures cum salina, & dicitur ei verbum Euangelicum, quod Iesus, quando furdum & mustum fassauit, Marc. 7. Tangens cum sputo linguam eius, & mittens digitos suis in auriculis eius, dixit Epheta, quod est, Adaperire. Quod ipsum etiam repetit Beda homil. 19. id Euangelium tractans, quemadmodum ab Iuone in Decreto citatur. Et etiam mentio tactus narium & aurium a pad. B. Cyrril. Hieros. Catechesi 3. mystag. sed per unctionem. Adludit etiam B. Augustinus quadam Sermoni, ubi aportante mysterio meminit, & expresse Amalarium lib. de Eccles. offic. cap. 8. & ipse Alcuinus latius lib. de Diuina officia de Sabb. Pasche.

Pecus quoque (inquit Alcuinus) perungitur oleo, ut signum sancte crucis diabolo claudatur ingressus. Signantur & scapulam, ut undique munierint item in pectoris & scapularum (sic enim lego, pro: scapulae) vunctione signatum fidei firmatus, & operum bonorum perseverantia. Quod explicativa tradit more etiamnum abfervit B. Gregorius in Sacramentario. Posthac tanguntur petitus & inter scapulas de oleo sancto, crucem faciendo cum pallice dicens: Vnco te oleo sanctificato nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Cui similia Amalar. in Eccles. officiib. i. cap. 23. & Hrabanus ubi supra. Et verò iam ab Apostolorum erat B. Dionys. Areopag. ubi supra: Et quam illum ministrum perfiditer exuerint, deferant sacerdotes sanctum vunctionis oleum, at vero Pontifex trino crucis signaculo vunctionem inebrians. Cui similia de tota corporis vunctione habet B. Cyrril. Hieros. Catechesi mystag. 2. Chrysostom. hom. 6. m. Epist. ad Coloss. ac B. Severus Alexandrinus in baptismi ritibus. Verum in Ecclesia Latina, dumtaxat vndum caput & pectus satis indicat B. Ambros. l. de iis qui mysteriuntur, cap. 6. faciens istud mentionem non vñtilium in genere lib. 1. de Sacramen. cap. 2. quod modo etiam B. Isidor. lib. 2. de Diuina offic. cap. 20. Eodem pertinet que scribuntur in Ordine Romano, Sacramentario B. Gregorij, ac Amalario lib. 1. de Ecclesiast. offic. cap. 12. Exorcismo olei, quod sanctum, sanctissimum, seu Catechumenorum, appellant, in die Canæ Domini. Nam sic loquitur Hrabanus ubi supra: Vnguet illius tunc pectus de oleo sanctificato; & ante illum lambidum B. Basilius lib. de Spiritu sancto, cap. 27. verbis mundari & sanctificari aquam prius a sacerdote: quo

adludit etiam Tertullianus infid. huius lib. cap. 4. Igitur omnes aquæ de primitiva originis prerogativa Sacramentum sanctificationis consequuntur, invocato Deo. Superuenit enim statim spiritus de cœlis, & aquis superest, sanctificans eas de semetipso. Vbi hac de re latius, postissimum propter Magdenburgenses, qui negant ea etate aquam consecrari solevere.

Posthac (inquit Alcuinus) in nomine sanctæ Trinitatis, triplex submersione baptizatur. Et rectè per invocationem sancte Trinitatis (sic enim lego) homo ad imaginem sancte Trinitatis creatus, ad candem renouatur imaginem, & qui tertio gradu peccati, id est, confessio, cedit in mortem, tertio eleuatus à fonte, per gratiam surgit ad vitam. Similiter Tertullianus supra lib. de Corona militis cap. 3. Dehinc ter mergitamur. que verba transcripte B. Hieronym. lib. aduers. Lucifer. & infid. lib. aduers. Praxean (inxtra quod & Rhebanus ibi adnotauit) ubi de Christo loquitur: Et post resurrectionem (inquit) spondens missurum se discipulis promissionis Patris, & nouissime mandans ut tinguerent in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, non in unum. Nam nec semel, sed ter, ad singula nomina, in personas singulas tinguiuntur. Si quis baptismam in nomine Trinitatis necessarium esse ex Matth. cap. 28. & alias late deducit B. Cyrril. Epist. ad Iubaianum 73. num. 56. & 74. ad Pompeium. num. 18. quo pertinent que similia leguntur de trina mersione apud BB. Dionys. Areopag. Clementem Romanum, Basilium, Cyrillum. Hierosolym. locis citatis in Canone Apost. 49. & apud Ambros. lib. 2. de Sacram. cap. 5. Hieronym. in cap. 4. ad Ephesios, Isidor. lib. 2. de Ecclesiast. offic. cap. 24. & Severum Alexandrinum ubi supra, Chrysostom. hom. 24. in Ioannem, Didymum lib. 2. de Spiritu sancto, Basilius item lib. de Spiritu sancto, cap. 15. Ambros. de Spiritu sancto lib. 1. cap. 3. Denique Zachariam Papam epist. ad Bonifacium Episcopum. Merioni vero, que propriæ baptismus est, succedit nunc in Occidentali Ecclesia circa aratem B. Gregorij primi apercio, seu perfusio aquæ terrena, quam etiam legitimam esse, & verum baptismi consicere, multis probat B. Cyrril. epist. 76. ad Magnum, ubi etiam aliquid diximus nr. 44. Ad quæ etiam pertinet illud Auctoris supra Tom. 2. lib. de Panit. cap. 6. aspergimen vñnam cuiuslibet aqua.

Tum (inquit Alcuinus ubi supra) quamquam ordine praeposto, postponens quod debet premittre, sicut idem ipse eodem capite indicat) sacro chrismale caput perungitur, & mystico regitur velamine, ut intelligatur se diademata regni & sacerdotij dignitatem portare, iuxta Apostolum: Vos estis genus regale & sacerdotiale, offentes vestimentis Deo viuis hostiam sanctam & Deo placentem. Cui similia videre est apud B. Isidorum lib. 2. cap. 26. Amalarium de Ecclesiast. offic. lib. 1. cap. 27. & Hrabanum ubi supra; denique in Ordine Romano, & B. Gregorij Sacramentario. Quidquid Tertullianus infid. cap. 7. Exinde (inquit) egreffi de lauacro perungimur benedicta vunctione, de primitiva disciplina, qua vngi oleo de cornu in sacerdotio solebant, ex quo Aaron à Moïse vñctus est. Vbi & de hac vunctione, & de chrisma, ex Patribus eiusdem aut prioris aitatis, aduersus Magdenburgenses, qui ad Montani ceremonias referre non vñntur.

Rr ij

JLLIAN⁹
statonibus
E.L.I.

Denique (inquit idem Alcuinus) albis induitur vestibus. Cui correspondent Ordo Romanus, B. Gregorij Sacramentarius, Amalarinus lib. 1. cap. 29. Et Habanus lib. 1. itidem cap. 29. Atque etiam candem recentem consuetudinem B. Dionys. Aeropag. loco saepe citato: Assumentes autem illum (baptizatum nempe) sacerdotes, siue accessus duci consignant, & una cum ipso illum vestem baptizati munditate congrua induunt, siveque induunt rursum ad Pontificem ducunt. Vbi vides denio mentionem Seceptorum. Meminit & B. Ambros. de iis qui mysteriis initiantur cap. 7. Et Laurentius Presbyter serm. de Paenit. His addet haec Rhenanus in dictum librum Tertulliani de Cor. militis: Pontius Paulinus baptismum (inquit) his carminibus describit:

Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos

Infantes nubes corpore, corde, habitu: Circumdatque rudes fessis altaribus agnos:

Pura salutiferis imbuti ora cibis.

Hinc senior socii congaudet turba cateruæ,

Alleluia nouis balat opere choris.

Ipsius vestigium adhuc hodie feruntur, per hoc quod vestis candida baptizati capiti imponitur post baptismum & vestimentum.

Quidam etiam (inquit B. Honorus in Gemma anima, lib. 3. de Sab. Pasche) mox de fonte eleuatis lumen dare solent, quatenus splendidis operum lampadibus sponsi venienti occurvantur. Meminit etiam lucernarum ardentiuum, que dabuntur in manus iam baptizatorum B. Gregor. N. L. Q. serm. de bapt. & Gregor. Turenensis lib. 5. cap. 11. ac Nicolph. hist. Eccles. lib. 3. cap. ultimo.

Sic corpore (inquit ubi supra Alcuinus) & sanguine Domini confirmatur, ut illius sit capitum membrum, qui pro nobis passus est, & resurrexit. Cui similia habent Ordo Romanus, & Sacramentarius B. Gregorij, nisi quod Communionem recentem post Mansumpositionem seu Confirmationem Sacramentum, quando Pontifex sine Episcopos baptismum celebrat. Quia conditio etiam additur ab ipso Alcuino non multo post precedentia, atque adeo etiam illa sic intelligenda venient. Nam & B. Dionys. Aeropag. communionem post inunctionem Episcopalem collocat, itidem & B. Ambros. lib. 3. de Sacram. cap. 1. & lib. de iis qui mysteriis initiantur cap. 7. & 8. Adludit ad hanc consuetudinem etiam Author lib. 4. aduers. Marcius, cum dicit: nec alibi coniunctos ad Sacramentum baptifinatis & Eucharistiae admittens. Qui etiam interim post Mansumpositionem collocat Communionem, lib. de Reg. carn. verbis infra gratias cap. 8. Meminerunt eisdem consuetudinis B. Hieronym. aduers. Lucifer. Paulinus verbis paulo ante citatis, Augu. lib. 5. Hypognostican. Hanc vero Communionem etiam a parvula tunc usitatam, manifestum sit ex Ordine Romano & Alcuino, ubi sic legitur: illud autem etiam de parvula prouidendum est, ne postquam baptizati fuerint, ullam cibum accipiant, neque latenter sine summa necessitate, antequam communicent Sacramento corporis Domini. Quod iisdem verbis repetitur ab Alcuino. Verum aliquid de parvolorum Communione diximus. Adnotacionibus nostris in B. Cypriani l. de Laps. num. 89. que haud dubie cum sublata est, quando collaudit adulorum baptismus, & certa illa baptizandi tempora amplius obseruata non sunt, ob periculum irreuerentie.

Nouissime (inquit idem Alcuinus apud Rhenum) per impositionem manus a summo sacerdote formis gratia spiritum accipit, ut roboretur per ipsum sanctum, ad predicandum aliis, qui sunt in baptismo per gratiam vite donatus eterna. Quod, non diximus, intelligitur, ubi sacerdos baptizat in seipso Episcopi. Verum de hoc latius infra huius libri cap. 8. insitum: Dehinc manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans Spiritum sanctum.

Porro (vii Tertullianus tradit sepedite cap. 3. lib. de Corona militis) in Africa aliud praetercebat post dictam Confirmationem & Communionem: Inde suscepit (inquit) ubi rursus ad suffragantes adludit) lactis & mellis concordiam prestatamus. Et huius autem apud Veteres ceremonia minit Hieronym. aduers. Lucifer. (vii etiam esse adnotavit Rhenanus) in hac verba: Deinde (nuptiis) egressos a baptismis lactis & mellis prestatare mundum.

Quibus addit Rhenanus ex eodem Hieronymian alteram consuetudinem in Occidente Ecclesia, praecens baptizari vinum & lac dabatur. Equum autem ille iusta locum illum: Venite, emite frumento & abesse illa commutatione vinum & lac. Quod (inquit) vinum miserit & sapientia in nos suos, omnes stultos seculi mundisque sapientiam subvenientes provocans ad bibendum; & ut non solum unum emamus, sed & lac, quod significas inueni parvularum.

Lotionem pedum quoque in Mediolanensi sua obseruatam significat his verbis D. Ambrosius 3. de Sacram. cap. 1. Succinctus summus sacerdos patribi lauit. Non ignoramus quod Ecclesia Romana consuetudinem non habeat, curia typum in ecclesiis quinum & formam. Vide ergo, ne forte proprieitudinem declinaverit. Cuius etiam meminit laus qui mysteriis initiantur, cap. 6. Quod postea interdictum Concilij Eliberitini cap. 48. Fortassis ea hanc posse fiebat, quod obseruaretur id quod sequitur dictum, lib. de Corona militis, apud Tertullianum: Estudo die, lauacro quotidiano per toram hebdoniam abstinetus. Super quo loco Rhenanus: Apud hunc (inquit) frequens erat lauandi consuetudo, vacantes baptizati per hebdoniam abstinebant. Deinde Apologeticus suo Tertullianus Christianos etiam baptizari, sed tamquam cauissime, ne ethnorum ceremonias seruare viderentur: Non lauor (inquit) diuinis turnibus, ne & noctem & diem percam, men lauor honesta hora & salubri, que nullum calorem & sanguinem scriberet.

Quando autem Hebdomada Paschalis inchoatio, hoc & hic adiuvandum, quod es vocare ad quietum Hebdomada in albis, deputate cum subito sive Dominica sequenti Albas vestes deponebant, priuati, scilicet constat tum ex multis Peter, non potissimum ex B. Augustiniani sermoni ad Congregacionem Dominicam in Octauio Pasche. Quam consuetudinem obseruatam tota Octava Pentecostes pater ex Audib. I. de Eccles. offic. cap. 38.

Hac res animaduerita (inquit ubi supra Rhenanus) adserit ad intelligentissimam ceremoniam & causam quibus adhuc in Paschalibus ferme sollemniter remunor (nam ipse Pasche dies peculiariter festum dicitur)

dedicatus est) Qualia sunt, Hymnus: Rex sanctorum, Responsorum: Vidi aquam, Hymnus: Ad canam agni praudi. Introitus feriae secunde: Introdixit vos Dominus in terram fluentem lac & mel. Introitus feriae tertiae: Aqua sapientie potauit eos; & huius Oratio: Deus qui Ecclesiam tuam nouo semper fato multiplicas. Introitus feriae quartae: Venite benedicti patris mei. Introitus feriae quintae: Vicitrem manum tuam Domine laudaverunt. Et Oratio: Deus qui diversitatem gentium, in confessione tui nominis adunasti, da ut renatis fonte baptismatis, viva sit fides mentum, & pietas actionum. Secreta: Suscipe quiesimus Domine munera populorum tuorum proprium, ut in confessione tui nominis, & baptismate renatus, sempiternam beatitudinem consequantur. Introitus feriae sextae: Eduxit eos Dominus in sp. Secreta: Hostias quesumus Domine placeras adsume, quae & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cœlestis auxiliij. Introitus Sabbati: Eduxit Dominus populum suum, Introitus quoque Dominicæ diei: Quasi modo geniti. Que propterea pluribus indicatur apertus cognoscetur.

2. ADVERSUS QUINTILLAM.] Quintillani (inquit Epiphanius, hærc. 48. 49. & 52.) qui & Populani appellantur, Artotyriaque, ac Priscilliani, idem sunt cum Phrygibus, & ex ipsis originem ducunt, dividunt autem iuxta quandam modum. Tradunt enim hi in Popula, aut Quintillam, aut Priscillam (non possum certò adfirmare, unam autem ex ipsis) in Pepli dominiisse, & Christum ad ipsam venisse, condonuisseque ipsi loco, velut illa delusa dixit: In forma (inquit) mulieris formatus, in veste splendida de me venit Christus, & immixtus in me sapientiam, & reuelauit mihi hunc locum esse sanctum, & huc transiens ē cœlo descendisse. Quare etiam hucusque dixerunt, initare sic quasdam mulieres in eo loco. Mulieres itaque apud ipsos vocantur Prophetissæ. Quintillam vero dicunt ac principem hi habent cum Priscilla, que etiam est apud Phrygias. Episcopi quoque apud ipsos sunt mulieres, & Presbyteri mulieres. Quod ipsis ipsis penè verbis reperitur B. Augustinus hærc. 27. & Damascenus liber de heresib[us] nullā intermissione facta quod baptismum negauerint; quem etenim adscribunt Archontici, quos contribuit Theodoretus Ascensionis vel Ascensionis. Propriis adstringere ad hanc heresin Selencianos et Herminianos scribunt Philastrius & Augustinus hærc. 59. quos dicunt baptismum in aqua non recipere. Quos fecerunt sunt Proclinae (sunt apud Philastrius legere oportet, pro: Pradiane) qui quo Proculo dicti, infra latius lib. aduersi. Præcan ad hoc verba Actoris: secundum Valentinos & Proculos. Acquis Tertullianus notat quidem signum lib. de Prescript. aduers. heret. cap. 41. Mulieres hereticas procaces, que audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes remittere, forsitan & tinguerre. Quo pertinet etiam illud Tom. 2. l. de Veland. virgin. cap. 9. Non permititur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguerre, nec offere, nec villius virilis muneric, nedum sacerdotalis officij fortem sibi vendicare. Et infra illud cap. 17. Peculantia autem mulierum que usurpauit docere, vtique non etiam tingendi iuri sibi pariet. Verum quoniam ibidem indicet nondum Quintillam ē tum deuenisse auctio, eo quod subiungat: nisi si que noua bestia euenerit similis pristinæ, vt quemadmodum illa

baptismum aufererebat, ita aliqua per se eum conferat; videtur Quintilla postea baptismum quidem admisisse, sed per mulieres dari voluisse, tamquam Presbyteras & Prophetissas. Ut ut sit, hic patet, nondum confessisse, quum hoc scriberet Auctor, in Quintillam, aut Marcellam, aut Priscillam tamquam Prophetissas, atque adeo ante hæresin omnem conscriptum hunc librum. Quod etiam ut fiat manifestius, recens titulo addidimus: ADVERSUS QUINTILLAM, quippe qua inducit aduersus eam conscriptum hunc Librum his verbis cap. 1. Ita Quintilla monstruissima, cui nec integrè quidem docendi ius erat, optimè norat piticulós necare, de aqua auferens.

C A P. I.

3. Felix Sacramentum aquæ nostra, &c.] Caput hoc primum non aliud quam Praefatio est totius libri. Sacramentum autem esse baptismum quoniam nomen unquam dubitaverit, paucos dumtaxat locos Tertulliani adserunt; Idque non solum ea significacione, qua Sacramentum pro insecurando accipitur, quemadmodum interpretatur Rhenanus, (meo indicio non rete) illud supra libri ad Martyras cap. 3. quoniam in Sacramentis verba respondimus, & debet intelligi illud eiusdem Tom. 2. l. de Cor. milit. cap. 11. Credimus ne humanum Sacramentum diuino superducit licere? Verum etiam proprie pro mysterio diuino & Ecclesiæ Sacramento, quale est illud lib. 4. aduers. Marc. nec alibi coniunctos ad Sacramentum baptisticum admittere, & illud lib. de Anima: secutissimi atque tutissimi Sacramenti. Item quod habet supra lib. de Idolol. cap. 6. De ipso Sacramento nostro interpretaremur, nobis aduersis esse fidei eiusmodi artes. Et lib. de Veland. virgin. cap. 2. eadem lauaci Sacraenta. Rursum infra hoc ipso libro cap. 5. an non & alias sine vilo Sacramento, immundi spiritus aquis incubant; & cap. 9. Qua figura manifestior in baptisi Sacramento: item infra cap. 13. addita est ampliatio Sacramento. Et lib. 1. aduers. Marc. iam nec ipsis fidei Sacramentum, & paulopost: & in hoc totum salutis Sacramento catem mergit. Similes B. Cypriani loci septem à nobis adnotata sunt in Indice. Si quis aliorum Veterum testimonia postulet, facile erit reperi apud modernos scriptores, & maximè inter Autoritates que in Catechismo maior Canisij latissime citantur. Nos hic dumtaxat ob Calumnum & alias quasdam aquæ necessitatem in baptismo adserimus, prout etiam fecimus Adnotat. nostris in B. Cyprian. Epistol. 2. num. 8. ubi adnotauimus non nouam esse hanc hæresin, sed iam olim à philastro & B. Augustino hærc. 54 damnatam in Selencianis & Hermianis, & ex professo contra eundem conscriptum esse hunc librum. Pro quo facit tum istud exordium, tum illud infra cap. 12. ut defruant aquæ Sacramento; & illud cap. 13. nullius aquæ Sacramento, quemadmodum etiam loquuntur ipsum imitatus B. Hieronym. epist. 83. ad Oceanum, apud quem etiam aquarum Sacraenta legitur; tum denique quod cap. 3. 4. 5. & 9. toties prerogativa aquæ inculcat. Ut non omitam quid vox βαπτίζω, tinctiōνē significat, que sine aqua fieri nequit, & lauaci appellationem, omnibus Veteribus vītātām, ipique Auctori nostro frequentissimā, infra hoc libro, & alii locis supra citatis num. 1. Quo pertinet etiam trina, de qua paulo:

R. iij

ILLIAN,
statim onibus
ET II,

ant, merito, que sine aqua fieri non potest, & ipsum Christi baptismi preceptum: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum colorum; quod infra etiam uerit Auctor cap. 13, cum etiam benedictio aquae, que baptismu primitur, cuius pauloante etiam facta est mentio, & latior infra cap. 4. Comprobant eandem aqua necessitatibus Chrysostom, hom. 24. in Ioannem, ex baptismo familie Cornelij per B. Petrum Apostolum, Act. 10, ubi dicitur: Numquid aquam prohibere quis potest? &c. Atque adeo comprobari potest etiam verbi illis Euuchi, Act. 8, Ecce aqua, quis prohibe me baptizari? B. Hieronymi similiter & Auctor serm. de Ablut. pedum, quantum vim habeat aqua in Christo sanctificata, iisdem scripturis comprobant, quibus Auctor infra. Eadem etiam pertinet comparatio baptismi cum diluvio, 1. Petri. Item quid cum Natatoria Siloe comparauerunt plerunque a Patribus. Rursum quod Aperiens aqua veteris Testamenti figuratum baptismum scribunt B. Cyprian. epist. ad Magnum 76, & B. August. epist. 32. in Numeros. Denique illud 1. Cor. 6. Sed abluti sibi, sed sanctificati estis; & quod ad ipsum B. Paulum dicit Ananias, Act. 22. Exurge & baptizare, & ablue peccata tua. Et illud B. Cypriani epist. 63, ad Cecili. Quotiescumque aqua sola in scriptura sanctis nominatur, baptismu praedicatur.*

4. quia abluti delictis pristinæ cæcitatibus, &c.] Latinus censet legendum: qua, vidi ad aquam referatur; sed illud placet. Similes autem sunt loci supra lib. de Penit. Tom. 2. cap. 6. Neque ego renuo diuinum beneficium, id est, ablutionem delictorum, inituris aquam omnino saluum esse. Infra quoque c. 4. Quamquam ad simplicem actum competit similitudo, ut quoniam vice sordium delictis inquinamus, aquis abluerimus. Et cap. 5. per ablutionem delictorum, ac: exempto reatu. Et cap. 6. ablutione delictorum. Item cap. 7. quid delicti liberamur. Denique lib. 1. adio. Marc. agens contra Deum creatorem Marcionis: Cui enim (inquit) rei baptismina quoque apud cum exiguit, si remissio peccatorum est? quomodo viderur delicta dimittere, qui non videatur retinere? Quia omnia faciunt adulterios, qui dicere non verentur in baptismo peccata omnia non plenè deleri, sed reatum manere, contra quos etiam egimus. Adnot. nostris in B. Cyprian. epist. 2. num. 14. Quibus addit locis Patrium sequentes B. Hieron. epist. 83. ad Oceanum, Clem. Alexand. lib. 1. Padag. cap. 6. Chrysostom, hom. ad baptizandos, Retici Augustini, epist. verbis à B. August. citatis lib. 1. contra Julianum, cap. 2. & ipsius B. Augustini lib. 1. contra 2. Epist. Pelagi. cap. 13. lib. 1. de nupti. & concupis. cap. 23. Enchirid. cap. 119. lib. 3. de Symbolo cap. 10. ac 25. & lib. 1. Re tract. cap. 15. Ambr. lib. 1. de Apol. David, cap. 12. denique Lactantij lib. 3. Diuin. Insti. 26. c. Eadem omnino pertinente verba B. Hieronymi paulopò citata n. 7. & hac B. Optati Milevitanis lib. 5. contra Parm. Quis fidelis nesciat baptismu virtutem esse vitam, criminum mortem, peccatorum naufragium?

5. in vitam æternam liberamur.] En alterum effectum baptismi. Quod pertinet etiam illud infra cap. 2. consecutio æternitatis; & cap. 5. Ita restitetur homo ad similitudinem eius, qui retrò ad imaginem Dei fuerat; imago in effigie, similitudo in æternitate censetur; item illud, quamquam subobscurum, cap. 3. de aqua: si, quæ vitam æternam

gubernat, & in cœlesti procurat. Similia videt apud B. Chrysostom, hom. 13, que est exhortatio ad baptismum, Clem. Alexandr. Padag. lib. 1. cap. 6. Ambros. l. de Hel. & ieun. cap. 22. & ibi heres Daktylos esse probat ex Apostolo Paulo, Epist. 82. ai Vercelli. Eccl. quod ipsam repetit Chrysostom, hom. de baptizatis, quemadmodum à B. Augustin. citatur lib. 1. contra Iul. cap. 2. Eodem pertinet preceptum Chrysostomi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum colorum; ergo à contrario sensu, qui renatus fuerit, hæres sit regni colorum. Quibus addit locis ipsam Apostoli Pauli aperiuntur Tit. 3. Sicut me fecit per lauacrum regenerationis & renovationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per seipsum saluatorem nostrum, ut iustificari gratia ipsius heredes sumus secundum spem vite æternae & illud optati Milevii, loco dicto n. precedenti, vobis regni comparationem, baptizatum vixit.

6. digestum istud.] Etiam hec vox translatum, ut ipatet ex titulo Digestorum Iuris civilis.

7. quedam de Caiana heresi vipersa venitissima, &c. imprimis baptismum defensum. Omnino ita legendum, pro eo quod erat: Caiana, nō colligitur, quod nusquam Galanæ heresi, aut inde appellationis, præterquam tempore Zenonis Imperatoris multis post Tertullianum seculis, Gainfornianus vocatio, & Caianæ etiam memineris. Author postulat Præscript. adu. her. cap. 33. Sunt & nunc antiqui Nicolaite, Caiana heresis dicitur; vobis ad hanc istius Quintillæ illum addidere adnotatum non videtur quæ se Prophetæ esse dicentes, non alio apostolus Label illa, contra quam B. Irenæus Apollon. 2. Deinde confirmatur haec mes confitit ex 2. Bona Epist. 83. ad Oceanum, ubi ad verbum feri locum imitatur: Et consurgit (inquit) mibi Caianus, qui olim emortua vipersa contritum caput habet, non ex parte, ut ante conseruat, sed prout inservit Sacramentum. Dicit enim esse aliquatenus, que Christus non posset purgare sanguine suum, in profundas scelerum pristinorum inhaerere corporis que animis cicatrices, ut medicina illius aderent inquiet. Quid aliud agit, nisi ut Christus frumentatus sit? Eruptra autem mortuus est, si aliquatenus care non potest. Cetera omittit, sicut prolixum quod etiam heres, quod non sint perpetuanda. contra quam agit Author Scorpiano aduersari Gallo. Caianam nuncupet B. Hieron. adu. Vigilantia, propositum opinionem ex dictis verbis eiusdem, quod non esset baptismum destruerit Quintilla sed ex parte, id est aqua baptismum, quem tamen imprimi negat ostendit Tertullianus. Cui congruit etiam sequentia & Auctor, & B. Hieronymi cum epist. 82. & 83. paulopò dicit: optimè norat piliculus medius aqua auferens. Recedit autem dicit hanc vipersam Caiana heresi ortam; nam Marcelli (quem) Caienos discipulos fuisse adnotauit Epiphanius, ut dicitur p. 1. de Precept. aduers. heret. 4. 7. 1. 9. 5. 6. her. Gnosticon quidam, B. Irenæus teſſel. 1. t. 18. r. 1. præf. myſterium quidam, B. Hieron. teſſel. 1. t. 18. r. 1. præf. myſterium per viſibiles creaturas, atque alio aquam fieri negabunt.

8. Nam ferè vipersa & aspides, ipsaque regi serpentes arida & inaquosa sectantur. Legimus ferè aduersaliter, ex coniectura Latinij, prius quibus per diphthongum ferænam seris alii non tempore

hic habet Auctor. De vipera & serpentibus (quorum species etiam aspides) consentit Plinius nat. hist. lib. 8. c. 39. his verbis: Serpētum sola vipera terra dicitur considerante arborum aut saxonum casas. Nam inde colliguntur ea arida & in aqua secessari. De Regulis, id est
Basilis, apertius habet B. Isidorus Etymol. l. 12. c. 4. Reguli (inquit) scut scorpiones, arenaria quoque sectantur. Quod ad verbum ferre desumptum ex epist. 83. B. Hieronym. ad Oceanum, ad iudicantis, quantum adparat, ad parabolam Christi de spiritu qui ambulat per loca arida & in aqua.

9. Sed nos pesciculi secundū i^{ch}ristū nostrum. Fait ad intellectum huius loci B. Optatus Afer l. 3. adu. Parmentian. (uti etiam ante me adnotarunt Latinus & Franciscus Baldinus.) Hic (de Christo loquens, inquit) est pescis, qui in baptismate per invocacionem fontalibus undis infertur; ut quae aqua fuerat, a pescis etiam pescina restetur. Cuius pescis nomen, secundum appellationem Graecam, in uno nomine per singulas litteras turbam sanctorum nominum continet. i^{ch}ristus enim (scilicet lego) Latinus est Iesu, Christus, Dei filius, salvator. Quid ipsum repetit B. August. l. 18. de ciuit. Dei, cap. 23. Voces autem Graeca, que singulari vocis i^{ch}risti litteris indicantur, ha sunt i^{ch}ristos, Christos, Christus, Christos, Christos, Christos.

10. In aqua nascimur, &c.] Sic rursum ex castigatione Latinus lego, pro: nascamur; nam sequitur: nec aliter quam in aqua permanendo salvi sumus. Quia ipsa verba imprimis sunt adnotanda contra eos, qui aquae necessitatem in baptismō negant, contra quos egimus supra n. De Quintilla, item n. 2.

C. A. P. II.

11. Sed enim quanta vis est peruersitatis, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Quid nihil nos mouere debet baptismi simplicitas & admiranda potest, immo tanto magis amplectendum.

12. inter pauca verba tinctus,] Adiudicat ad formam baptismi in nomine Patris, & Filii, & spiritus sancti, qui supra n. 1. ubi de trina meritate agitur, ad singularia nomina & personas singulas.

13. Quid ergo: nonne mirandum & lauacro diluimortem? En territum baptismi effectum, quo mors diluitur, non quidem temporalis, sed eterna; quod ipsum repetit. Auctor infra c. 5. delecta morte per ablutio nem delictorum; item l. 3. adu. Marcion. Si ab soluto mortis est baptismus, quomodo absoluget (Deus creator) à morte, qui non deuinxit ad mortem? Eodem pertinet quod infra c. 3. habetur: ne mitrum sit in baptismi aqua animare noverunt. Quod imitatur B. Cyriacus epist. 2. ad Donatum; Lauaco (inquit) aqua salutaria annutus. Pratermissi autem quod secundo suspehe referebatur: Arquin eo magis credendum est, item cum G. genio iterum: praecucurrit, pro: praecurrat.

14. ut confundat sapientiam eius,] Etiam hinc patet propriam habuisse translationem. Auctorem maximè neut Testamenti, quod ipse legit sapientiam eius, mundi tempore, pro eo quod est Grace & Syriacē, & Latinā, et ali omnes non aliud quam sapientes. Et vero geraman hanc esse lectionem Auctor patet supra lib. de Prescriptione, aduers. heret. cap. 7. ubi sic legitur: stulta mundi in confusionem etiam Philosophia ipsius elegit.

15. & prædifficilia penes homines, &c.] Simile est ista, quod tamen paraphrasticas magis videtur citare.

re, pro eo quod est Matth. 19. Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia sunt possibilia; nam prædifficilia interpretatur impossibilia, & possibilia, facilia.

C. A. P. III.

16. Huius memoris pronuntiationis, &c.] Titulum huic capiti damus: Quod plurima in primordio mundi elementa aqua auctoritas fuerit. Probat autem hoc suum institutum ex aquarum antiqua etate, dignatione seu dignitate, mundi modulatione, qua & animas protulerint, sine quibus etiam hominis opus absolutum non sit, que omnia ad verbum ferre transcripsit B. Hieron. epist. 73. ad Oceanum, verbis mox citandis.

17. In primordio (inquit) fecit Deus, &c.] Infra lib. aduers. Hierogen. verit: in principio, ubi id ipsum latissime explicat; sed eisdem virtutumque significatiois est, & genuinum est constat ex eo quod sequitur infra c. 5. in primordio. Illud autem: & tenebrae erant super abyssum, paulop̄ declarat.

18. & spiritus Dei super aquas ferebatur.] Hoc ipsum diversis verbis explicat. Mox hinc: aqua vectaculum Deo subiciebat, & c. 4. Dei spiritus superuectabatur super aquas; & ab eo quod superferebatur, id quod ferebat, fanditatem mutabatur; ac c. 5. adfectantes illam diuini spiritus gestatione, ex quibus locis repausium etiam hic: Dei, pro eo quod erat: Domini, maxime quam & Graeca vox Iesu, & Hebrei confessantur, & ipse B. Hieron. ubi supra, Rodis (inquit) mundus, nequam sole rutilante, nec pallente luna, nec astris micantibus, incompositam & inuisibilem (en versionem Tertulliani) materiam abyssi magnitudine & deformibus tenebris opprimebat. Solus spiritus Dei in auge modum super aquas ferebatur, et nascentem mundum in figura baptismi parturiebat.

19. Nam ut firmamentum celeste, &c.] Hoc sic expredit B. Hieron. Inter celum & terram medium exterritum firmamentum; & iuxta Hebrei sermonis επυπλοστατη, celum Samum ex aquis sortitus vocabulum; & aqua qua super celos sunt, in laudes Dei separantur.

20. & ut terram aridam suspenderet.] Adiudicat ad illud Proverb. 8. quando appendebat fundamenta terrae, cui simile est illud. Iustitiae 40. Quis appendit tribus digitis molem terra, & libravit in pondere montes, & celles in statu?

21. primis aquis præceptum est, &c.] Istud totidem ferre verbis B. Hieron. reperit: Primum (inquit) de aqua quod vivit egreditur; & pennatos fideles de terra ad calum levat.

22. Nam ipsius quoque hominis figurandi opus, &c.] Itidem & istud sic transcribit B. Hieron. Fabricatur homo de limo, & inter manus Dei aquarum sacramenta versantur. Limus enim deservitur sic ab Auctore humecta & succida materia; eadem tempore, sic cui eleganter fabiungit: quam ante quartum diem segregata aqua in stationem suam superstite humore limo temperarant. Nam sic lego cum Latino, pro: temperant.

23. Sed ea satis erit præcerpisse, &c.] Inscriptionem huius capitis secimus: De sanctitate aquæ, quæ à Spiritu sancto sanctificata etiam ipsa sanctificat.

24. Ita de sancto sanctificata natura aquarum,

JILLIAN,
statim onibus
L.I.

Rr iiiij

Adnotat.in lib.

474

& ipsa sanctificare concepit.] Eodem pertinet quod e
mox subiungit: superuenit enim statim spiritus de
cœlis, & aquis superest, sanctificans eas de semet
ipso, & ita sanctificatae vini sanctificandi combi
bunt. Item quod infra legitur c. 10, candidatus remis
fionis & sanctificationis in Christo subsecutura.
Adnotandi loci contra eos, qui negant sanctificationem
que fit per baptismum, quia tamen ex ipsis scripturis sacris
confirmatur. Eo pertinet illud 1. Cor. 6. Abiuti estis, san
ctificati estis, iustificati estis. Christus dilexit Ecclesiam, et
semetipsum tradidit pro ea, ut illum sanctificaret, mun
dans eam lauacro aquæ in verbo vita. Quare recte etiam
Chrysostom ad Neophytos: Non enim sunt tantum lib
eris, sed & sancti, non tantum sancti, sed & iusti, non so
lum iusti, sed & filii, nec solum filii, sed & heredes, non
solum heredes, sed & fratres Christi, sed & coheredes.
Cui similia habet hom. ad baptizandos, locum illum prior
rem citans. Similibus aliorum Patrium testimonius super
fedes, ne sim prolrix. His sufficiat locum. B. Optat. Ale
xandri l. 5, contra Parmenian. ubi de unico baptismo tra
dit: Sacramenta per se cœlestia sancta.

25. Numquid ipsis enim aquis, &c.] Adnotat si
milem particula enim usurpationem Latinus etiam in
fra. c. 1. In quem enim tingueret? & c. 20. & quis
enim prohibet.

26. Nec quidquam refert inter eos quos Ioan
nes in Iordanæ, &c.] Quid hic crude dixit, quo sensu id
intelligat, infra latè prosequitur c. 8. Atqui per illud, &
quos Petrus in Tiberi tinxit, refutatur c. 7. sum corum
calumnia, qui Petrum Rome fuisse negant; contra quos su
pra vide Adnotat. nostras in lib. de Prescript. adi. heret.
c. 2. 4. n. 144. c. 32. n. 186. & c. 3. 6. n. 214.

27. Igitur omnes aquæ, &c. sacramentum san
ctificationis confequantur, inuocato Deo.] Om
nes (inquit) aquæ, sive (ut pauloprius locutus est) ma
ri quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alueo
diluat, Deinde dicit quidem sanctificationem con
sequi a pristina origini prærogatiu, sed non nisi,
inuocato Deo. Quid adeo quantumvis id negent Cen
turiatores Magdenburgenses, ad consecrationem aquæ, que
ante baptismum fit, omnino pertinet (vitæ etiam Cæsarius
facetur lib. de Bapt.) De qua aperitus B. Cyriacus, im
mo Synodus Africana, Episc. ad Ianuar. Oportet (inquit)
mandari & sanctificari aquam a sacerdote. Item Sedatus
Episc. in Carthag. Concil. sentent. 18. Aqua sacerdotis pre
ce in Ecclesia sanctificata, abluit delicta. Etiam his anti
quior B. Dioris. Treep. Ecl. Hierarch. c. 2. Et vero Pon
tifax (inquit) aquas baptismi prece ac inuocatione sanctifi
cante, tuncque in eas ad crucis effigiem (ut etiamnum sit)
sanctissimum fundens vnguentum, tuncque ad numerum
sacrae unctionis, carmen quod Propheta Deo pleni diuinis
tusque afflati, pronuntians. Quid idem reperit sub finem
cap. 4. Etiam media atat. Autores confuetudina non
scriptæ meminerunt, quia consecrabatur aqua baptis
mi. B. Basilii lib. de Spiritu sancto cap. 27. Ambros. lib. 1. de
Sacramentis c. 5. ac de iis qui myst. initiantur c. 3. & B.
Hieronym. expedita Episc. 7. ad Oceanum. Recentiorum
testimonia habes supra n. 1. inter reliquias ceremonias ba
ptismi. Et si autem fateor plerunque consecratam primum
aquam baptismi tempore, tamen pro bapt. Landis in ne
cessitate, scire & hodie, referari solere aquam consecra
tam in latro aliquo, satis indicare videntur B. Optat. Mi
leuit. l. 5. contra Parmenian. Cyrilus Hierosol. Catechesis 5.
Origenes hom. 12. in Numeros, & Ambros. l. 1. & 2. de
Sacramentis, c. 5. ac Prudent. Hymno nocturno, qui fontis

baptismi mentionem faciunt. Idem ritus seruat in
multis seculis & apud Graecos, ac apud Etiopes, onis
ritibus constat B. Seueri Patriarcha Alexandrinus, & Ro
tri Abbatis Etiopicæ, qui inde ab Apostolom ten
poribus, ut etiam constat ex dictis verbis Damys. Am
pag. Hierarch. Ecl. c. 4. Quid ergo baptismus rite proficit
Orthod. qu. 139. Socrates hist. Ecl. cap. 27. & Zosimus
Leone I. sauro, κολποβόητες vocant, & Amb. de
qui myst. initiantur, cap. 11. regenerationis sacramentum. Ba
pisterium etiam, ut hodie est vocamus, celebrat post
Paulinus episc. quadam ad Seuerum. Autem non
Divinorum Officiorum peculiarem consecrationem sicut
baptismatis facimus, si dem penè verbis, quibus inde po
die Pascha & Pentecostes. Quamquam interim in necessi
tate omnia aqua etiam non consecrata sufficiat.

CAP. V.

28. Sed enim nationes, extraneas ab omnibus
Caput hoc inscriptissimum: Si nationes lauacionis fe
ciantur, purgari se putabant, multo id magis
pristini aquas efficere. Atqui huic etiam pertinet
quod est infra cap. 8. Sancte humano ingenio licet
spiritum in aquam arcessere, & concordiorum
corum accommodatis desuper manibus alio
ritu tanta claritas animare.

29. Nam & sacris quibuscum per lauacionem
initiantur. Desumptissime istud videtur partim ab
cum Latino: ut vltro exagimet libidinem stylis, pro-
& vltro exagit.

90. quos tinctos non inuenimus in Domi-
no præter Paulum, &c.] Similiter Beatus Au-
gustinus dicta epistola 108. Scriptum est quando ba-
ptizamus sit Apostolus Paulus, & scriptum non est
quando baptizati sint alii Apostoli; verumtamen e-
tiam ipsos baptizatos intelligere debemus. Qui deinde
de quacumconciis eos à Christo baptizatos, quando
diuinitas Ioannis tertio: Posthæ exiit Iesus & discipuli
eis in Iudeam terram, & illic morabatur cum
eis, & baptizabat; tandem concludit saltem bapti-
zatione per discipulos suos. Quo (inquit) intelligimus
tam huius baptizatos, siue baptismu Ioannis, si-
ue nullius arbitrantur (haud dubio ad hunc Tertul-
lianum locum alludens) siue quod magis credibile
est baptismu Christi. Porro lugo paulo post, n. 91. quia
illis vel prima affectio, pro: quæ; quod nullo sen-
su legitur.

91. Qui semel lauit, non habet necesse rur-
sum, &c.] Etiam hic longe alia est, arque adeo
paraphrastica letitra Auctori, pro eo quod omnia exemplaria
latius decimo tertio cap. tam Latina quam Graeca
& Syria leguntur: Qui lotus est, non indiget
nisi ut pedes lauet. Auctor vero addit: semel, &
postrem illud per Eclipsis omittit, ut magis ad
institutum faciat, tam de non sterando baptismu,
quod paulopost iterum repetit (de quo latius infra
capite 15.) quam ut hinc probet Apostolos antea
tinctos fuille, saltem Ioannis baptismo. Priorem
interpretationem sequitur etiam B. Cyprianus sermo-
ne de ablutione pedum. Posteriorem B. Augustinus di-
cta epistola 108. dicens differit verbis ibi intelligi, quod
iam Petrus baptizatus fuerat. Lugo autem paulopost,
ut constet sensus: Quid ergo, alij tincti non sunt?
non tamen comites Christi. & deinde: sed æmu-
lis dei, phasi Auctori visitata supra lib. de Prescri-
piōnibus aduersus hereticos, cap. 40. numer. 253. Postea

etiam nouè dixit: Ioanne baptizatore, quem nos Ba-
ptismum vocamus, & ipse alibi semper Ioannem sim-
pliciter nuncupat, alterum vero semper Ioannem Apo-
stolum.

92. Vno verbo Domini suscitatus, &c.]
Istud refertur ad vitrumque membrum, tum de Mattheo
qui telonium dereliquit, auditu verbo Domini: Sequere
me, Matth. 9. tum de aliis discipulis, Matth. 4. qui
vocati à Domino, statim relictis rebus & patre, secuti
sunt eum. Illud item: Qui patris exequias despe-
xit, ad illum refertur, cui dixit Dominus, Matth.
8. Sequere me, & dimittet mortuos sepelire mortuos suos.
Quæ ipsa omnia iisdem penè verbis habet supra Tom. 2. 1.
de Idolol. cap. 12.

93. Qui patrem aut matrem mihi prætule-
rit, &c.] Etiam hoc paraphrasticas transfluit: mihi
prætulerit, pro eo quod tam Graecæ & Syriacæ quam
Latine legitur: amauerit plusquam me.

C A P . X I I I .

94. Hic ergo scelestissimi illi, &c.] Titulus hu-
ius capituli est: Quod post passionem Christi ba-
ptismus sit necessarius. Adnotandum autem, quod
voce scelestissimos, qui dicent fidem satis esse,
exemplum Arahæ, contra quos scripta est 1. Iacobie epist.
catholica.

95. obsignatio baptismi, vestimentum quodam-
modo fidei.] Isdem penè verbis dicit supra Tom. 2. lib.
de Panis. cap. 6. Lauacrum illud obsignatio est
fidei.

96. Lex enim tinguendi imposita est, & for-
ma prescripta, &c.] Formam baptismi indicat
prescribita verbis illis Ciristi, Matth. ultim. Ite, docete
omnes nationes, tinguentes eas in nomen Pat-
ris, & Filii, & Spiritus sancti. Quod ipsum faten-
tur Patres plerique locis supradictis Adnotatione, hu-
ius libri numer. 1. de trina mense. Veritatem autem
illud: in nomine, ad verbum ex Graeco, eis rōwo-
pa, pro quo supra lib. de Prescriptione, aduersus heret.
cap. 20. paraphrasticas: in Patrem, & in Filium, &
in Spiritum sanctum, sicuti & ibi adnotauimus, nu-
mer. 116.

97. Huic legi collata definitio illa, &c.] Ed-
endum pertinet illud c. precepit. Prescribitur nemini sine
baptismo competere salutem, ex illa maximè
pronuntiatione Domini, qui ait: Nisi natus ex
aqua quis erit, non habet vitam; ubi paucioribus
dixit, quod hic pluribus, iphis verbis Euangelicis, Ioan.
3. expredit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spi-
ritu, non intrabit in regnum colorum; preter-
quam quod legat: regnum colorum, pro eo quod &
& patribus aliis & Latinè Graecè, & Syriae legitur: re-
gaum Dei. Quemadmodum etiam Auctor ipse inscri-
bit de Anima, cap. 39. Alioquin meminaret Do-
minice definitionis: Nisi quis nascatur ex aqua &
spiritu, non introibit in regnum Dei. Quo sic ut
hic legendum putem: regnum Dei. Aqui hanc scri-
pturnam etiam ad baptismi necessitatem comprobantem
adducunt BB. Clemens Roman. epist. 4. Augustinus lib. 6.
de bapt. contra Donatum, cap. 12. ac lib. 1. de Peccat. me-
rit. & remiss. cap. 30. Cyprian. epist. 72. ad Scythianum
Papam, 73. ad Iubalianum, & lib. 3. Testim. ad Quirinum
cap. 25. Denique Patres reliqui omnes.

S. ij

JILLIAN,
statonibus
L.I.

Adnotat. in lib.

482

98. in illa plaga orationis.] Nonne orationem accipit pro oratione visus.

99. Exurge (dicens) & introi Damascum, &c.] Etiam hic paraphrasticus Damascum transfluit, pro eo quod Latine & Graecie indeferre ciuitatem; & demonstrabitur pro eo quod Graecie est Λαληθοτει, & Latine: dicitur, aut sicut ex Syriaco versetur, sermo habebitur.

C A P . X I V .

100. Sed de ipso Apostolo reuoluunt, &c.] Hoc caput in scriptis: Quod etiam Apostolus Paulus quosdam tinxit. Fulcrum autem redarguit eos qui contrarium adfirmabant, ex eodem ipso Apostoli loco 1. Corin. i.

C A P . X V .

101. Nescio si quid amplius ad controversiam baptisimi, &c.] Inscriptio huic capiti datur: Quod baptisimus aquæ vnu sit. Quod ipsum latissime & sepius tractatur a B. Cypriano, maximè vero Epistole 70. ad laniarium, 71. ad Quintum, 73. ad tubaianum, 74. ad Pompeium, & ante omnem errorum libri de Knit. Ecclesie.

102. tam ex Domini Euagelio.] Adiudicat quod supra dixit cap. 12. quatenus vnum baptisimum definerat ipse Dominus, dicens Petro perfundi nolenti: Qui semel lauit.

103. quoniam vnu Dominus, &c.] Addidimus cum Harriso & Latino: Dominus, cum quod ita legitur ab omnibus, Ephes. 4. Graec, Latin, & Syriac, cum quod aliqui imperfecta esset oratio: quoniam vnu & vnu.

104. vnu baptisimum.] Baptisimum usurpatur ab Auctore neutro genere, sicut & Rufino loco infra citato num. 112.

105. & vna Ecclesia in ecclesiis.] Videtur hic desiderari: & in terris, quod tamen addere nolimus sine MS. cod. Etsi autem id aperit ad Ephes. 4. non habeatur, subindicatur tamen his verbis: Vnum corpus & vnu spiritus. Quemadmodum pulchre explicat D. Cyprian, lib. de Virtut. Eccles. in hac verba: Quando (inquit) & Apostolus Paulus hoc idem docet, & sacramentum unitatis ostendat, dicens: Vnum corpus & vnu spiritus, &c. ubi toto lib. & Adnotacione, nostris in eundem latiss. tractatum videtur est, ut pluribus non sit opus.

106. Sed circa haereticos sane quid custodiendum sit, &c.] Sic omnino legendum, pro eo quod erat: quae, mendosiss. Obscurissimum est autem illud: Ad nos enim aeditum est; vti etiam sequentia: An velis ab haereticis non posse conferri, an vero accipi non posse baptismum, de quo latius Tom. 4.

107. Sed de isto plenius iam nobis in Graeco digestum est.] Pater hinc etiam Graecè scriptum ab Auctore librum de Baptismo, in quo plenius digestum est de haereticorum baptismi, sicut infra dicimus latius Tomo 4. inter fragmenta Tertulliani.

108. semel ergo lauacrum inimicus, &c.] Similiter infra lib. 1. aduers. Marcion. de Baptismo loquens. Iteratio enim (inquit) non competit ei.

& disserit verbis B. Cyprian. epistol. 63. ad Ceciliam: Quod semel sumitur, nec rursus iteratur, ad quemcum ex B. Augustin, causam reddidimus non. 27. si etiam sermon de abluti pedum: Quem sui reueraunt patiuntur iterari. Similia vide ep. apud Clem. Romanum Constitut. Apostol. lib. 6. cap. 15. Optimum toto ferè libro 5. aduers. Parmenian. Epistol. lib. 6. Spiritus sancto cap. 15. Vnde & rebaptizatus possunt disserit verbis Carthaginem. Contra cap. 1. lib. ne 1. Epistol. 79. ad Nicetam, & 37. ad Lement. uennatorem Episcopum, denique & ab Imperatore Henrico & Theodosio, iuxta quid à Iustiniano in Calcem relatum est lib. 1. titul. 6. Ne sanctum baptizatur, l. 2.

109. Ceterum Israël Iudeus quotidie lauatur & adiudicat partim ad laciones crebra manus & baptismata quotidiana Iudeorum, quorum fons Marci 7. maximè vero ad baptisma datum, quam reuicit Hebr. 6. etiam de uno lauacrum iniens, quoniam subdit: Impossibile est enim eu quod mel sunt illuminati, & glaucauerunt etiam dominicas astre, & participes facti sunt spiritus sancti, galutum nibilominima bonum Dei verbum, virtutemque exercitari, & prolapsi sunt; rursus renuunt. Nam tempore locum illum interpretatur B. Ambros. tum in Comment. l. 2. de Parvient. c. 2. & alijs Patres.

C A P . X VI .

110. Est quidem nobis etiam secundum lucrum, vnum & ipsum, sanguinis, &c.] Tunc huic capiti datur: De baptismo sanguinis, & ipsum vnum recte addit, ne quis patet contrari baptisimi unitati. Memint enim eisdem baptisimis B. Cyprian. epistol. 73. ad Iubetianum, quod Veterum similia testimonia adstantibus postibus adderi licet eisdem Cyprian. lib. 6. etiam post num. 68. & lib. de Exhort. mart. vbi enim secundum baptisimum vocat, & sub finem serm de bello Magis. Origenem lib. de Singular. cleric. n. 120. tribus his antiquiore Clemente Roman. l. 5. Cels. & apostol. cap. 7.

111. Habeo (inquit) baptismo tinguli litera hunc locum Luc. 12. interpretatus de sanguinis BB. Cyprianus dicta epistola ad Iubetianum Ambrosius in psal. 118. lit. 3. vers. 1. Gregorius in Nazianzeni hom. de secundis Epiphanius. Legimus videtur. Auctor Bartolomeus, pro eo quod legimus Bartolomeus. Illud legit adiutor Syria, Cyprianus ac Ambrosius, hoc vero B. Irenaeus lib. 1. & B. Hieronymi verso.

112. Proinde vni facere aqua vocatur &c.] Omnino sic legendum, pro eo quod est taxat nullo sensu. Proinde nos facere. Per res reflexe videatur Rufinus in Symbolum, nomenque locum illum Iohannes 19. de aqua & spiritu que profixerunt de latere Christi, inter sensum interpretatur. Potest tamen (inquit) etiam intelligi, per duplicitatem gratiam baptismi figurant, evanescunt per aqua baptismum, atiam quae per martyrium fusione sanguinis queritur. Utrumque etiam heretici nominaruntur.

113. qui aqua lauissent, etiam sanguinem possident.] Huc videtur reflexe B. Cyprian. lib. 1. p. 1.

ſimoni. ad Quirin. cap. 25. quum illud: Ad regnum Dei nisi baptizatum non posse pervenire, probat non ſolum ex ſupradicta ſcriptura, Ioan. 3. sed & ex illa Ioan. 6. Niſi ederis carnem filij hominis, & biberis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hinc etiam B. Augustini lib. 3. de peccat. merit. & remif. cap. 4. ſic idem illud interpretatur: Niſi participes facti fuerint corporis eius. Qui tamen conſiderit reliqua Patria corporis ex sacramentali eius & potu corporis & ſanguinis Domini locum illum interpretatur. Cyprianus loci ſainte Teſtimoni. lib. 1. aduertit Iudeos cap. 22. Et ſerm. de Cœna Domini; Augustini vero ſerm. 2. de verbiis Apoſtoli, & alij complures.

C.A.P. XVII.

114. Supereft ad concludendam materiolam &c. Inſcripſimus hoc caput: De baptiſmi miniſtro.

115. Dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen ſine Epifcopi auctoritate.] Similia habet B. Ambroſius lib. 3. de Sacramentis cap. 1. Clemens Romanus Apoſtolic. Conſtitut. lib. 3. cap. 10. & 11. Verum in diligenduſ uerque extra neceſitatem. Nam ſubiungitur paſtopoſ ab Auctore: Sufficiat ſelicit in neceſſitanibus ut vtatis (ad lacum verba ſacra) ſicubi aut loci, aut temporis, aut perſone conditio compellit. Hinc & B. Hieronym. Dial. aduerſ. Luciferian. in perſona Orthodoxi, priuum quidem dicit: Inde venit, ut fine Epifcopi iuſtione neque Presbyter neque Diaconus ius habeant baptizandi; ſed ad di: quod frequenter, ſi tamen neceſſitas agit ſumma, etiam licere laicis. Addens deinde exemplum baptiſmi per Diaconum, baptiſmum Euuiuſi a Philippo Diacono, Act. 8. quem ipſum etiam allegat B. Hilarius in Psalm. 160. Quibus conſentit B. Hilarius lib. 2. de offiſe. Eccles. cap. 24. verbiſ citatis de conſer. diſt. 4. c. Conſtat.

116. Quo faluo, ſalua pax eſt, &c.] Obscurum eſſe lacum etiam Larinus adnotauit. Ego vero puto tranſferre eſſe inſum: Saluo honore Eccleſie, ſalua paverit, id eft nulla conuertentia. Alioquin etiam laicis eft, ſi nemp̄ non refuſiam honorem Eccleſie.

117. Petulantia autem mulierum, &c.] De baptiſmo mulieribus interdicto diximus ſuprā Tom. 2. lib. ad Velandis virginibꝫ, cap. 9. ad illud: Non permittit mulieri tingueri, numer. 65. 66. 67. & 68. item ad illud lib. de Prescription. aduerſ. heret. cap. 41. Ipſe mulieres heretice audent, forſitan & tingueri, numer. 263. & ſuprā huius lib. num. 2. Hic adiuuimus dum axat ita Tertullianum & reliquias Patrum in parte intelligendos, de mulieribus que baptiſtandi officium ſibi uijurabant, non vero ita, ut neſtitute baptiſare non licet. Nam (ſicuti pauloprius ipſe Auctoſ dixit) tunc conſtantius ſuccurrentis excepitur, quoniam virget circumſtantia periclitantis. Hinc iam alia legitur in Concil. Carthag. 4. can. 100. Mulier quamvis sancta, baptiſtare non audeat, niſi neceſſitate cogente.

118. Quid si que Pauli perperam ſcripta legunt, &c.] Supra in Argumento huius libri adauiximus verba B. Hieronymi ex Catalogo Script. Eccles. qui buſtum locum citat, atque adeo librum inſcriptum Periodos Pauli & Teclæ, ſine Actus Pauli, ſine Actus

Pauli & Teclæ, tamquam perperam ſcriptum: id eft, Apocryphum, ſicut hic Auctoſ improbat, quemadmodum etiam Euseb. Eccles. hiſtor. lib. 3. cap. 9. Gelafius Papa in Decreto deſcripturis que legenda in Eccleſia, relatio in Decreto Gratiani, diſt. 15. c. Sancta Ro- mana Eccleſia.

119. exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendant.] Huc propius reliquias accedit B. Hieronym. quād addit: Et totam baptiſtati Leonis fabulum. Eſi autem liber ille pro Apocrypho ſit habitus ob cauſam hic ab Auctore reddita, non tamen integra martyrij Teclæ hiſtoria propterea censetur talis, quia eius diſerte his verbiis meminit Cyprian. Oratione, quam ſub diu paſtione ſue dixit: Sicuti (inquit) liberabit Teclam de medio Amphitheatre. Meminit etiam eiusdem Ambroſius epift. 7. ac 81. & lib. 2. de Virgin. Chroſtianuſ homil. 35. in Acta Apoſtolorum, Nazian. Orat. 12. 13. & 30. Epiphan. heret. 78. Auguſtinus lib. 30. contra Faſtum cap. 4. Severus vita Martini, lib. 2. cap. 16. & pluribus in locis Fortunatus, ſicuti ante me adnotauit doctiſ. vir Dn. Doctor Ioan. Molanus, ad 23. Septemb. diem Martyrologij Vſuardi, & inſuper primarij Martyrem eam duci in Grecoſum Menologio. Hiſtoria paucis ibi commemorata videre eft, & latius in Martyrologio Zalonis inter vias Sanctorum Surij noſtri, quarum ſumma eft: Quid Tecla in Seleucia cunctate Iſauria ignem, & flus, ſerpentes, aliisque vicerit cruciatuſ. Cui ibidem ob victoriam Zenonis Imperatori eius reuelatione ſibi promiſam, poſte templum erexit Zeno Imperator, uti reuerſi Enag. Eccles. hiſtor. lib. 3. cap. 8. Porro ex B. Hieronymo hunc locum citante addidi: à Ioanne, maxime quād etiam ſophronius legit. & Iωάννη.

120. qui ne diſcre quidem conſtanter mulieri permifit, &c.] Gagnau habet: ne docere quidem, ſed iſtud magis placeat. Adiudicat enim ad illud 1. Corinth. 14. Mulieres in Eccleſie taceant; neque enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit: Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Quod ipſum paſcioribus hic citatur: Taceant (inquit) domi maritos ſuos consulant.

C.A.P. XVIII.

121. Ceterū baptiſtum non temerē credendum eſſe ſciunt, &c.] Verba hec titulum huius capituli indicant: Quid non temerē cuius credendus baptiſtum.

122. & porciſ proiicere margaritaſ veſtras.] Rurſum ſit legi ſecundum exemplaria omnia tam Graeca et Syriaca, quam Latina, Math. 7. que plurali numero le- gunt, maximē quād etiam legit Auctoſ ſuprā Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem, cap. 5. & lib. preced. cap. 41. ubi diſerte legitur: & porciſ margaritaſ, licet non veras, iactabant.

123. ne participes aliena delicta.] Etiam hoc peculiare eft Tertulliano, quād reliqui Patres, & editiones omnes, tam Latina quam Graeca & Syriaca legit: neque, Sedulius interim Comment. ſuo in Epiftol. Pauli (qui B. Hieronymo etiā inſcribitur inter illius opera) Simili modo interpretatur. Si enim (inquit) cato ante tempus (quod hic tranſfulit Auctoſ facile) manus cuidam impoſuerit, peccatis eius communicauit.

Sf iii

JUILLAN,
statuonibus
L.I.

124. ad quem rursus, &c.] sic iterum cum Gagnœ; nam in posterioribus editionibus omisum erat; ad. Fulcræ autem totam historiam Ab. 8. tincti spadonis proficitur.

125. Sed & Paulus, &c. tinctus est. Cirò enim cognoverat Iudas hospes, &c.] Sic omnino legendum, eo quod Ab. 9. quò haud dubie adludit, tinctus, non vñctus Paulus Apostolus legitur, & queri iubatur ab Anania, in domo Iuda; non ergo Simon hospes, sed: Iudas. Nisi forte quis malit. Autori impinge re memoria lapsum, ut hospitem Petri Simonem, pro hospite Pauli Iuda recensuerit. Legimus item cum Gagnœ: cunctatio baptismi vitiorum.

126. Quid enim necesse est, si non tam necesse, &c.] Ex eodem Gagnœ iterum adiicio: si non tam necesse; nam illud mitigat Auctoris opinionem, qua sentire videtur circa parulos cunctationem baptismi vitiorum, sed: si non tam necesse est, id est extra necessitatem. Fortassis loquitur de baptismi dumtaxat illorum parvolorum differendo, quorum parentes infideles sunt. Hoc enim per illud quod de sponorum periculo subiicitur, videtur innovere. Vbi enim parentes Christiani sunt, non videtur sponsores periculo in geri. Videat itaque Lector de hoc etiam loco nostra Prolegomena. Hoc hic sufficiat, non propterea improbari ab Auctore baptismum parvolorum, sed alatem in necessitate adprobari, tum hoc loco, tum supra cap. 12. ubi dicir. Nemini sine baptismo competere salem; & cap. 13. ubi de necessitate baptismi ex professio tractat, tum infra l. de Animis, ubi filios fidelium sanctitatis quidem candidatos fateatur, sed sanctos negat, nisi renatos. Paulo mitius adhuc seniebat Fidus Episcopus Africe, qui existimabat non ante octauum diem baptizandos infantes. Verum lati respondet B. Cyprian. epist. 59. cum ceteris suis Collegis in synodo Africana: Nulli hominum nato misericordia dei denegandam. ubi in Adnotat. nostris num. 5. varia Veterum testimonia pro baptismum parvolorum adducimus. Quibus adde B. August. epistol. 23. ad Bonifacium lib. 6. Hypognosticam, lib. 3. de Anima & eius origine, cap. 9. lib. 1. de peccat. merit. & remiss. c. 23. lib. 1. de nupt. & concupis. cap. 20. & l. 2. cap. 7. & sermon. 14. de Verbis Apst. lib. 10. super Genes. ad lxx. & Enchiridij cap. 43. Item Ambros. l. 2. de Abraham, cap. 11.

127. Sponsores.] De Sponsoribus in baptismo parvolorum apertus hic locus; de Susceptoribus adulorum intelligendum illud cap. 3. lib. de Coron. milit. etiam iuxta interpretationem Rhenani: Inde suscepiti, &c. De prioribus diserte loquitur B. August. locis modo citatis, & alij veteres, quicunque de baptismi parvolorum loquuntur, ac B. Dionys. Eccl. Hierarch. cap. 7. De posterioribus idem Dionys. eiusdem lib. cap. 2. primum in verbis: Iuxta quod à sui susceptore fuerat edictio; deinde illi: Vt virum susceptoremque describant; denique: Assidentes illum sacerdotes, susceptorique sui accessus duci consignant. Eodem pertinet illud B. Augustini de rectit. cath. conuers. Quos ex baptismo suscepisti, docete & castigate. Atque hoc est quod hic dicit Auctor: Sponsores periculo in geri, & prouentu male indolis falli.

128. Non minore de causa inanupti quoque procrastinandi, &c.] Etiam hoc inter errores, aut saltem natos Tertulliani collocandum putam in nostris Prolegomenis.

129. aut continentiae corroborentur.] Facit

istud pro continentia à matrimonio, de qua latius sopra Tom. 2. lib. de Cultu faminarum, cap. 9. num. 1. lib. 1. ad Vxorem, cap. 6. num. 37. & 38. ac lib. de 7. laud. virg. num. 1.

130. consecrationem.] Similiter consecrationem pro baptismo consecratione accipit B. Cyprian. l. 3. Tertius, ad Quirin. cap. 97. sicut & consequitur, pro baptismo conj. qui ibidem, c. 43. n. 88.

CAP. XIX.

131. Diem baptismi sollempniorem Pascha pristinat, &c.] Caput hoc inscripsimus: De temporebus, lemmis baptisimi Pascha & Pentecoste, quae tenueruntur non nisi infirmi, & qui mortis agituatione obfatuati vel naufragii necessitate periculique vrebantur, regui olim confuerint. Quoniammo (uti etia ante mediantur Brissonis in obitu) diuini & humani (non) quis festiuitatibus baptismi celebrationem intralit, fuisse constat ex Conclitorum Gerundensis cap. 4. Compendiis cap. 3. & Vormat. cap. 11. quemadmodum Richardo citantur lib. 4. Decret. cap. 6. & 7. ac brevi norm. cap. 60. & Gratianus de confessarii distinguit. de Catechumenis. Qui etiam adferunt in eadem causa Syria ad Hierusalem Tarracensem, Lanuadum scopos Siculos, & Gregorij ad Tarsetenses, Dardanum eiusdem lib. cap. 5. Iuo. c. 58. & 59. & 63. Gratianus confessarii dist. 4. cap. Non finitare, c. Ducent. Venerabilis, & c. Baptizandi. Confidentia rea Tertulliano Ambrosius libro de Mysteriis. Tertius Basilius hom. exhortatoria ad sacram baptismi. Concil. Marisi. 2. c. 3. de Paschate, Nicodemus in Eccles. lib. 13. cap. 19. Simonius lib. 3. de Eccl. Franc. 49. & Otto Frisingensis histor. lib. 6. cap. 1. De vita vero & Pentecoste B. Hieronym. epistol. Almach. contra errores Iohannis Hierosolym. Gregorius histor. Franc. lib. 5. cap. 11. ac Scriptores de ecclesiast. Alecianus agens de Eccl. Epiphanius ac vigilia Pasche Amalarius dicibi, Hesychius de Inspe. clarissim. 38. & perdurasse usque ad tempora Caroli & Lauri Imperatorum supra ostendimus num. 1. inter baptismicas remonias. Causam cur abrogata sit hac confessio, dorari licet ex Socrate lib. 5. histor. Eccles. cap. 19. videlicet in Thessalia plurimos absque baptismo mortuus, quibus Pasche dumtaxat baptisma fieri confunduntur, dem ratione mutasse etiam de rotu tempore tempore verisimile est ex negligentiab. subinde aut parentes & presbyterorum parochialium. Reddit Roperius Tertius & aliam causam l. 4. de Diuin. off. 18. propriam fidelium multitudinem. Ceterè necessitatem non exclusam significat ipse Autor huius verbi, fidem eius finem: Ceterum omnis dies Domini, omnis hora, omne tempus habile baptizari. Si de sollemnitate interest, de gratia taliter.

132. Inuenietis, inquit, hominem aquam iulantem.] Omnipotens lego: Inuenietis, p. 1. Cognietis, eo quod & Marc. 14. & Luc. 2. Oremus & ibis homo aqua lagena sine amphoram baulacem, nemine consentientibus etiam Gracis & Syriam cunctas. Et vero non iubebantur conuenire, id est, de hominem aquam baulacem, sed dominum deumque ille ingrediebatur.

133. Exinde Pentecoste.] Quum & lib. de 10. lib. cap. 14. (vt illuc num. 10. adstantiam) p. 1. Pentecosten, pro tempore omnis inter Pascha & Pentecosten.

tecosten, hic certe accipi duntaxat pro ipso festo Pentecostes, pater ex supradicatis Patrum testimonis, qui scribunt in vigilia Pentecostes baptismum celebrari, sicutum, cuius vestigium etiamnum retinemus in benedictione fontis, tam in dicta vigilia, quam in vigiliis Pascha. Nam & subiungit Author de istis verbis: Pascha diem significat & Pentecostes, qui est proprius dies festus.

134. Et congregabo illos ab extremis terræ in die festo.] Itstud citatur secundum editionem 70. (uti etiam adnotauit Latinus) ex Hierem. cap. 31. vbi legitur illud: Et congregabo illos ab extremis terræ, quod etiam Hebrei ad verbum legitur, & subditur: & eorum, id est, in solennitate, sive, ut transvertit Author: in die festo, pro quod ex Hebreo legitur pluribus longè verbis: inter quos erunt cœci & claudæ. Atque ex interpretatione hæc eius loci per Autorem, constat in textum explicandi gratia additum, quod hodie preseretur Graecæ πάσχα & transvertitur Pascha.

C. A. P. XX.

135. Ingressus baptismum, orationibus crebris, ieiunis & geniculationibus, & perugiliis, &c.] Inscriptio nomen huius postremo capituli dedimus: De penitentia baptizandorum. Exstat autem supra Tom. 2, eadem de re integrum caput 6. lib. de Penit. hoc titulus: Quod etiam audientes penitentiam agere debant. Vbi etiam nunc, 28. plura ad candem rem testimonia Patrum adduximus. Atque ad verbum feret istud decripsit B. Leo Papa epistola sua Decretal, ad Episcopos Sicilie, citata iam olim ab Alcuino lib. de Ecclesiastico baptizando Elephas, preterquam quod ad Apostolorum institutionem id referat: Qui (inquit) secundum apostolicam regulam & exorcismis scrutandi, & ieiunis sanctificandi, & frequenter predicationibus imbuens sunt. Et magis hoc accedit illud B. August. lib. 4. de symbolo, cap. 1. Omnia sacramenta, quæ acta sunt & eguntur in vobis per ministerium seruorum Dei, exorcismis, orationibus, cantibus spiritualibus, insufflationibus, canticis, inclinatione cervicis, humiliante pedum. Hic sufficit adoratum, quod hinc pertinet sepius illa seruitate, de quibus supra num. 1. inter ceremonias baptismi, quippe in quibus frequentissime usitate orationes, ie-

junia, geniculationes, & perugilia, vti ex Ordine Romano, & aliis scriptoribus de Diuinis officiis illuc citatis, manifestum est.

136. & cum confessione omnium retrò dilectorum.] Si nullus locus faciat pro confessione peccatorum speciali & secreta, certe iste imprimitur. Verum de illo vide latissimum tractatum dicto libro de Penitentia, num. I. 14. 14. 58. 59. & 62. Maximè autem facit hic id quod addit Author: Nobis graulandum est, si non publicè confitemur iniquitates aut turpitudines nostras.

137. vt exponant etiam baptismum Ioannis.] sane hoc intelligendum, & per Parenthesin legendum, ne videatur etiam baptismum Ioannis inter peccata quæ confitenda erant, ante baptismum comprehendendi.

138. Simul etiam & de pristinis satisfacimus, confitacione carnis & spiritus.] Hoc similiter ad confirmandam satisfactionem, alteram penitentia partem pertinet, de qua etiam latissime dicto lib. de Penit. cap. 5. num. 26.

139. Nam & praecesserat dictum: Neminem intentatum regna ecclæstia consequeturum.] Videtur alludere ad illud Lue. 22. Vos estis qui pertransfissemus in tentationibus meis. Et (ac si dicat, propterea) ego dispono vobis regnum. Aliquis certè non potest reperiri locus ubi negari est istud dicatur.

140. nisi necessitas gaudij & gratulatio salutis.] Videretur alludere ad Alleluia, quod in signum gaudij & gratulationem salutis recentis baptizatoris, toto Paschali tempore in Ecclesia visitatum est.

141. quād Dei.] Ruris quād usurpat Author, pro plus quam Paulopost autem Latinus censet legendum: Domino, &c. subiiciente: Petite & accipietis, omīssō inquit, pro eo quod legebatur: subiacete: Petite & accipietis, inquit. Cui & ego adserio.

142. etiam Tertulliani peccatoris memineritis.] Vel hinc constat, contra quam quidam perperām censorunt, aliquis viri eruditii, non esse dubitandum de hoc libro, quin Tertulliani sit. Atque etiam peccatorem se ex humilitate nominat supra Tom. 2. sedepido lib. de Penit. cap. ultimo.

JILLIAN,
statim inibus
S. II.

ARGUMENTVM LIBRI ADVERSVS HERMOGENEM, PER IACOBVM PAMELIVM.

VVM Hermogenes in Africa hæresin introduceret de Materia Deo coetera, ex qua, non vero de nihilo, mundum creasset Deus, Librum hunc aduersus illum conscripsit Tertullianus.

Primum autem nouellam eam esse doctrinam tradit, & à Stoicis mutuata.

Deinde hac argumentatione suam illum colorasse hæresin; quum ex semetipso facere mundum non potuerit, neque etiam ex nihilo, sicuti ille perperām contendebat, proinde ex Materia fecisse.

Eisti autem Deus semper Deus fuerit, non tamen semper Dominum fuisse, quod Deus substantiae nomen sit, Dominus potestatis.

Hinc institutam disputationem incipiens, docet Materiam Deo coeteram esse non posse, nisi deus Deos faciamus.

I.

II.

III.

IV.

V.

S f. iiiij

- v. Si enim innata & semper Materia, sunt innatus & semper Deus; ambo sine initio, ambo sine fine, ambo etiam auctores universitatis; Materiae illum eadem adscribere, que Deo.
- vi. Frustrè adeò dicere illum, saluum esse Deo ut sit solus, & primus omnium auctor, & omnium Dominus; quem eadem Materiae contra Dei ipsius contestationem adscribat.
- vii. Si dicat minorem & inferiorem Materiam Deo, & idcirco illi incomparabilem obstat Materiae aeternitatem, que neque diminutionem, neque subiectionem admittit.
- viii. Proinde etiam Deo præponere Materiam, & Deum potius Materiae Hermogenem subiucere; quid de Materia cuncta fecisse illum scribit, cuius proinde substantia egyptus Deus.
- ix. Non posse etiam dicere Deum ut Dominum Materia usum; quem Dominus nondum esset, atque adeò aut vi, aut precario.
- x. Neque excusari Hermogenem, quod alioqui Deum mali auctorem dicere oporteat, nisi malum à Materia, non à creatore deducant; quia si non auctor, certè mali afferat, in modo ad assertor inuenietur Deus, qui malum Materiae ante mundi constitutionem sustinuit, quam ut mali æmulus emendasse debuerat.
- xi. Maximè quā persuadere non posse malam esse Materiam, si aeterna sit; aut si quā aeternum sit, malum credi posse, insuperabile malum esse, & frustrè nos laborare de refrendo malo ex nobis ipsis.
- xii. Deinde si mala sit, aeternam esse non posse, quum Deus illam de malo in bonum convertat, faciens bona omnia; id autem quod aeternum est, sit indemutabile.
- xiii. Sin vero nulla demutatio in illo sit facta, oportere Materiam & bone fuisse & naturæ; & proinde neque etiā boni auctorem Deū facere licebit, nisi ex occasione Materiae.
- xiv. Quod proinde Deus serviat Materiae iuxta illum, & ex necessitate quedam etiam melia producar.
- xv. Porro rectius dici creasse Deum ex nihilo omnia.
- xvi. Igitur aut Deo adscribendum & bonum & malum quae ex Materia fecerit, aut Materiae, aut utrumque utriusque, ut pares sint ambo, ex aequo mali & boni afixes; atque deo non posse euadere Hermogenem, quin Deum auctorem malum faciat.
- xvii. Iam vero non conuenire eius sententiam cum unici Dei statu, à quo omnia, sine duci rius cuiusquam consilio, ut scripturæ sanctæ ratio constet.
- xviii. Solam enim Sophiam, id est Sermonem Dei filium, nempe unigenitum & principatum, patri cooperatum, cui perperam Hermogenes Materiam præponit.
- xix. Occasiones quidem Hermogenem sumpsiisse (ut hæreticis fere mos est simplicia temporis verborum illorum: In principio Deus fecit calum & terram. Sed principiū ibi esse inquit nō verbum, non alicuius substantiae nomen, aut pro principatu & potestate positum.
- xx. Posse interim intelligi & in Sophia sua condidisse omnia Deum, iuxta illud Eusebii: In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo; omnia per se facta sunt.
- xxi. Scripturam etiā co ipso ex nihilo omnia facta significare, quod nō scribat ex aliquo folio.
- xxii. Spiritum enim sanctum hanc rationem scripturæ constituere, ut quum quid ex scriptis, & quod fiat, & unde fiat, referat.
- xxiii. Argumentari equidem Hermogenem ex illis sequentibus scripture verbis: Tertius inuisibilis & incomposita.
- xxiv. Verum terræ nomen, Materiam non significare.
- xxv. Neque duas proponi terras in scriptura, unam quam Deus in principio fecerit, aliam quam fecerit.

Sed unam dumtaxat terram, quae initio facta narretur, postmodum verò etiam quæ-
lis fuerit facta describatur.

Particulam item: Erat, non significare quasi infecta sit; quippe quæ etiam de omni re,
nata dici possit.

Etiam nihil pro eo facere particulas, Inuisibilis & Incomposita.

xxviii.

Siquidem omnia opera sua primum inculta, postea suo ordine ornauit, & consummauit.

xxix.

Immò etiam sequentia illa: Et tenebrae super abyssum, & spiritus Deiferebatur super
aqua, potius illi contrariari quam fauere.

xxx.

Nihil quoque pro illo facere, quod scriptura expresse solùm cœli & terræ mentionem fa-
ciat; sub illis enim & species omnes contineri.

xxxii.

Quid? quod & abyssum & tenebras à Deo conditas scriptura testetur, quæ adeò ad
Materiam innatam pertinere nequeant.

Constatre proinde omnia à Deo facta, & ex Materia non facta; quæ etiam si fuisset, à
Deo facta crederetur.

Potò ex nihilo omnia constituisse, inde suaderi, quod diuina dispositio omnia, uti è scri-
pturis patet, in nihilum redactura sit.

xxxiii.

Jam verò inde etiam agnoscit contrarietates Hermogenis, quod neque corporalis sit, ne-
que incorporalis Materia.

xxxv.

Neque etiam rationi recte coenire, quod partim corporalem, partim incorporalem dicar.

xxxvi.

Sibi quoque in hoc non consentire, quod alibi boni & mali ad finem Materiam consi-
tuat, alibi nec bonam nec malam pronuntiet.

xxxvii.

Quum autem etiam situm Materie adsignet, faciens illam subiacentem Deo in loco
quæ sit infra Deum; obducere & refelli, qui alibi eam infinitam fecerit.

xxxviii.

Definitiuam autem dici non posse, aut comprehensibilem, aut demutabilem, sicut tamen
rectius illi videbatur, si quod alibi adseruit) aeterna sit.

xxxix.

Etiam in hoc etiam sibi non constare, quod dicatur in melius reformatam Materiam.
Motum etiam Materie nequaquam adscribi posse.

xli.

Plurimas itaque colligi posse contrarietates Hermogenis.

xlii.

Etiam de motu, quippe qui alibi certamen, alibi tarditatem motui adscribat.

xliii.

Denique dum disputat qualiter Deus mundum operatus sit, & à Stoicis Philosophis
illum recedere, & à Prophetis.

xliii.

Prophetas autem & Apostolos rectius tradere, non solùm visu & accessu Deum om-
nia creasse, sed in sermone & spiritu suo, modo iniustificabili, ex nihilo.

xlv.

Ceterum Libri huius aduersus Hermogenem hisce verbis mentionem facit Tertullianus
libro sequenti aduersus Valentianos c. 14. Hæc (inquit) erit Materia, quæ nos com-

missit cum Hermogene, ceterisque, qui Deum ex Materia, non ex nihilo, ope-
ratum cuncta præsumunt. Disertis etiam verbis scripti eius aduersus Hermogenem me-

minit Vincentius Lirinensis: & B. Hieron. adu. Heluidium, ad verbum quedam citat
ex huius libri cap. I. & l. ad Ctesiphontem adu. Pelagianos illud: Patriarchæ hæreticorū

Philosophi. Quare rectè etiā recēsetur inter opera Tertulliani à Trithemio & Politiano,
qui MS. viderunt. Publicauit autem primus R̄benanus, primum Scholii, deinde & Ad-

notationibus illustratum, & multis quidem locis egregie castigauit. Nunc denuò verò eun-
dem ex Vaticano uno MS. exemplari, & Latinij codice recognouimus, & Adnota-

tionibus quoque nostris locupletauimus.

ILLIAN,
stati onibus
LII.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI ADVERSVS
HERMOGENEM LIBER.

C. A. P. I.
Matth. 24.
I. Cor. 11.



OLEMVS² hæreticis compendi j gratia de posteritate præscribere. In quantum enim veritatis regula prior quæ etiam futuras hæreses prænuntiauit, intantum posteriores quæque doctrinæ hæreses præjudicabuntur, quia sunt quæ futurae veritatis antiquiore regula prænuminabantur.³ Hermogenis autem doctrina tam nouella est, denique adhdiernum homo in seculo, & natura quoque hæreticus, etiam turbulentus: qui loquacitatem, facundiam existimet: & impudentiam, constantiam deparet: & maledicere singulis, officium bonæ conscientiæ iudiceret.⁴ Præterea pingit licet, nubit assiduè: legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit: bis fallatur: & cauterio & stylo: totus adulter, & prædicationis & carnis. siquidem & nubentium congio fœtet,⁵ nec ipse Apostolicus Hermogenes in regula perseuerauit. Sed viderit penina, cum doctrina mihi quæstio est: Christum Dominum non alium videtur alter cognoscere, alium tamen facit quem alter cognoset: immò totum quod est Deus aufer, polens illum ex nihilo vniuersa fecisse.⁶ A Christianis enim conuersus ad Philosophos, de Ecclesia¹¹ in Academiam & Porticum, inde sumpsit à Stoicis Materiam cum Domponere, quæ & ipsa semper fuerit neque nata, neque facta, nec initium habens omni nec finem, ex qua Dominus omnia postea fecerit. [12] Hanc primam ymbram plane lumine pessimum pictor illis argumentationibus colorauit. Præstruens aut Dominus de semetipso fecisse cuneta, aut de nihilo, aut de aliquo. vt cùm ostenderit neque ex de metipso fecisse potuisse, neque ex nihilo, quod superest exinde confirmaret, ex aliquo ex fecisse, atque ita aliquid illud Materiam fuisse. Negat illum ex semetipso facere posse, quia partes ipsius fuisse, quæcunque ex semetipso fecisset Dominus. Porro in partio d euenire, vt indiuisibilem & indemutabilem, & cundem semper quæ Dominus. Ceterum si de semetipso fecisset aliquid, ipsius fuisse aliquid. Omne autem & quod fieret, & quod facheret, imperfectum habendum: quia ex parte fieret, & ex parte facheret: aut si totum fecisset, oportuisset illum simul & totum esse, & non totum: quia oportet & non esse, vt faceret semetipsum, & totum non esse, vt fieret de semetipso. Porro difficultatum. Si enim esset, non fieret, esset enim: si verò non esset, non faceret: quia nihil esset. In autē qui semper sit non fieri, sed esse illum in auum æuorum. Igitur nō de semetipso fuisse illū¹³ qui non eius fuerit conditionis, vt de semetipso facere potuisse. Proinde ex hoc nō potuisse eum facere, sic cōtendit, bonum & optimum dehincis Dominum, quilibet atque optima tam velit facere quām sit, immò nihil non bonum atque optimum & non eum & facere. Igitur omnia ab eo bona & optima oportuisse fieri secundum cōditionem ipsius. Inueniri autem & mala ab eo facta, vtique non ex arbitrio, nec ex voluntate, si ex arbitrio & voluntate, nihil incongruens & indignum sibi faceret. Quod ergo nosbitrio suo fecerit, intelligi oportere ex virtute alicuius rei factum, ex Materia esse sive substantia Deum. Nullo porrò modo potuisse illum semper Dominum haberi, sicut & semper, si non fuisse aliquid retro semper, cuius semper Dominus haberetur: fuisse itaque Materiam semper Deo Domino. Hanc conjecturam eius iam hinc destruere properabo, quia haec tenus propter non intelligentes adieccisse duxi, vt sciat, cetera quoque argumentum intelligi quām reuinci. Dei nomen dicimus semper fuisse apud semetipsum, & in se ipso, Dominum verò non semper: diuersa enim vtriusque conditio. Deus substantia filius nomen, id est diuinitatis; Dominus verò non substantia, sed potestatis: substantia semper fuisse cum suo nomine, quod est Deus, postea Dominus acceditis feliciter in mentio. Nam ex quo esse coepirunt in quæ potestas Domini ageret, ex illo per accedit potestatis & factus & dictus est Dominus: quia & pater Deus est, & iudex Deus sit, non tamen ideo pater & iudex semper, quia Deus semper. Nam nec pater potuit esse antequam, nec iudex ante delictum.¹⁴ Fuit autem tempus, cùm & delictum & filius non fuisse quod iudicem & qui patrem Dominum faceret. Sic & Dominus non ante ea, quorum

Domini